Octauum argumentum iudeorum est ad verum messiam cum debet venire debent confluere omnes gē tes sed ad ihesum nazarenum non confluxe runt omnes gentes ergo non est ipse messias Maior patet ysa.c. quo supra vbi sic arguitur. Et fluent ad eum omnes gentes. mi/ nor est clara dicunt iudei q̄ in nazareno nō crediderunt omnes gentes nec adhuc cre/ dunt. Ad illud argumentum iudeorum sup illud fluent ad eum. i. ad fidem eius omnes gentes. Dicendum q̄ ibi omnes distribuit pro generibus singulorum non pro singulis generum. vt omne animal fuit in arca noe. ita q̄ est sensus q̄ de quolibet genitum ge/ nere venerunt ad figem veri messie quod im pletum est in ihesu vero messia nostro per a/ postolos suos per quorum predicationem de omnibus gentibus conuersi sunt ad fidē̄ christi. quia in omnem terram exiuit sonus eorum etc̄. Et sic in isto modo in ihesu vero messia nostro impletum est illud. p̄s. Deus iudicium tuum regida. et adorabunt eum omnes reges omnes gentes seruient ei. qō impletum fuit in constantino imperatore quā do suscepit fidem christi. Vel aliter dicendū̄ q̄ aliquando omnes in scriptura sumitur p̄ multis vt. ij. Reg. xvij. Dixit absalō et oēs viri israel. Melius est consilium chusi p̄ consilio achitofel. et certum est q̄ non erant ibi om/ nes viri israel sed multi. Similiter in euan/ gelio Matbei. ij. Audiens herodes rex tur/ batus est et omnis iherosolima cū illo. om nes enim. i. multi d̄ iherosolima. Sic in pro posito venient ad eum omnes gentes id est multi de gentibus.

Contendit iudeus probare q̄ ihū̄s xp̄s non est verus messias quia in eius aduentu non dixerunt gentes venite ascendamus ad montem domini.

Nonum argumentum iudeorum ē cum verus messias venire d̄z gen/ tes confluentes ad eum dicere debent. Veni te ascendamus ad mōtem domini et ad do mum dei iacob. Sed hoc non dicitur in ad/ uentu ihesu nazareni ergo non est ver⁹ messi as. Maior patet ysa. vbi supra. Venite asce/ damus ad montem domini et ad domum dei iacob. Minor patet quia aliqui xp̄iani dicunt eamus ad domum petri. Alij dicunt eamus ad domum pauli. Alij ad domum martini etc̄. Nulli vero dicunt ad domū̄ dei iacob. Ad hoc argumentum dicit Alanus

in ſuo quadripartito libro. iij. c. ix. Dicēs q̄ mons iſte x̄p̄s eſt in quem iaz vniuerſe fines terre credunt: iam adorant vniuerſe familie gentium. vna et concordi voce dicūt. eam⁹ ad montem dñi et ad domū dñi dei iacob. hoc eſt ad domū dei quē coluit abrahā quē coluit iacob. quē coluit moyſes quem coluit aaron. Ideo oſtenditur vnum deum eſſe et eorum qui ante legem fuerunt fideles et eorum qui ſub lege exiſtunt et eorum qui nunc exiſtunt credentes in deum. Qd autem arguunt nos ſuper hoc quod dicimus eamus ad domum petri ad domum pauli. ad domum marum etc. Nullus qui ſane ſapit dictum hoc ita intelligit. Nullam quippe petro ſiue paulo domum facimus: Sed in honorez petri atq; in memoriā ſancti pauli deo eam dedicamus. Nec vlli pontificum fas eſt in conſecratione eccleſiarum dicere tibi petro et tibi paulo hanc domum dedicamus ſed potius deo dicatur conſecrari. et q̄uis diuerſe eccleſie deo conſecrentur: tamen vna ē domus dei. vna eſt dei eccleſia oim⁹q; fidelium conuentus. Ad hanc domū dei accedit qui de vnitate eccleſie eſt. In hac domo dei adoratur mons montium et x̄p̄s ſanctuſſanctorum: hic peccata remittuntur. hic non ſolum homicidium prohibetur immo etiam ira et odium tollitur.

Contendit iudeus probare q̄ ihūs non eſt verus meſſias quia in eius aduentu gladij non ſunt conuerſi in vomeres nec lancee in falces.

d Eā mum argumentum iudeorū ē In aduentu meſſie gens cōtra gentem non debebat leuare gladiū nec exercere vltra ad prelium et debebant cōflare gladios ſuos in vomeres et lanceas ſuas i falces Sed cōſtat q̄ poſt aduētum ihū nazareni et adhuc modo: non ceſſauerunt bella p orbem vt patet manifeſte et maxime in iudea quia poſt mortem eius fuerunt acerrima bella in iudea per Tytum et veſpaſianum: fuerunt etiam ſemper lancee et gladij et alia arma bellica in magna copia. Igitur ihūs nazarenus non eſt verus meſſias. Maior patz yſa. c. vbi ſupra: Ad iſtud argumentum iudeorum de pace que debebat eſſe tpe meſſie de qua ꝓpheta: non leuabit gens contra gētem gladiū nec exercebūt vltra ad prelium. Dicendum q̄ iſta pax fuit tempore ihū nazareni verī meſſie. Nam fuit pax ſpiritualis inter viros ſpirituales quia inter malos pax eſſe non poteſt. Non eſt pax impijs dicit dominꝰ yſa. xlviij. In cuius ſignum angeli i ſua natiuitate cantauerunt. Gloria in excelſis deo Et in terra pax hominibus bone voluntatis Fuit etiam tēporalis pax de qua intelligunt Primo in romano imperio quia i ceſare auguſto finita ſunt omnia bella ciuilia que inceperunt in Roma immediate poſt euerſionem carthaginis. Secundo in iudea pax maxima que incepit in natiuitate ihesu nazareni quando mundus tanta pace gaudebat q̄ ceſar Auguſtus non armis aut bellis occupatus: voluit ſcire quot ville quot ciuitates quot caſtra eſſent in mundo. Et ex hoc exiit edictum a ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis Luce. ij. Et durauit iſta pax per centum. xv. annos vſq; ad deſtructionem iheruſalem per Tytum et veſpaſianum quod patet q̄ ante ihesum x̄p̄m ceſar Auguſtus regnauerat per. xlij. annos. x̄p̄s autem xxxiij. vixit vſq; ad paſſionē et deinde in paſſione x̄pi vſq; ad deſtructionem iheruſalem fluxerunt anni quadraginta et ſic ſunt in ſūma centum et. xv. anni. ita q̄ fuit diuturna. Et tunc probabile eſt q̄ propter diuturnitatem pacis iudei conflarent gladios i vomeres etc. ſicut ſenſibiliter videtur in terris vbi poſt bella ſequitur pax diuturna. Sequitur in dicta auctoritate non leuabit etc. yperbole eſt ad deſignandum pacis diuturnitatem ſicut communiter dicitur de aliquo negocio quod protrahitur vltra modum conſuetum Iſtud negocium nun q̄ terminabitur licet aliquando terminetur infra annum vel infra menſem ſeu etiam in minori ſecundum conditionem negocij: et hic modus loquēdi parabolicus frequens eſt in prophetis. Sz dicunt iudei q̄ iſta prophetia nunq̄ impleꝫ niſi illa pax fuiſſet perpetua propter illd̄ q̄ ſequitur nec exercebuntur vltra ad prelium quia ſignum aduentus meſſie eſt pax ſine fine patet yſa. ix. Multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis vbi agitur expreſſe de aduentu meſſie et in. p̄s. Deꝰ iudicium tuum regi da. Orietur in diebus eiꝰ

iuſticia et habundancia pacis donec auferatur luna. ſed luna nunq̄ auferetur ergo nec pax. Dicendum ad primum cui dicitur. nec exercebuntur vltra etc. q̄ ſi vltra nō dicit eternitatem ſed diuturnitatem tēporis ſicut patet quod ſuit. Vel aliter dicendum eſt q̄ in dictis ſacre ſcripture attendere debemus ea que ſunt per ſe et dimittere ea que ſunt p̄ accidens et ex conſequenti. Saēdū ergo q̄ lex antiqua per ſe et directe p̄cipiebat populo corporale prelium. Nam ad acquirendū et defendendum regnū tēporale in antiqua lege promiſſum neceſſarius erat gladius: expediebat lancea et cetera arma ſine quib⁹ ciuitates terrene ab inimicis acquiri vel defēdi non poſſunt. Jcirco dicatur iudicum. iij. he ſunt gentes quas dominus dereliquit vt erudiret in illis iſrahelem et omnes qui non nouerunt bella chananeorū et poſtea diſcerent filij eorum certare cum boſtibus et habere conſuetudinem preliandi etc. Ex quib⁹ manifeſte patet q̄ ſicut prima lex expreſſe p̄mittebat regnum terrenum ita directe precipiebat temporale prelium. Sed lex euangelica ordinans populū ad acquirendū et poſſidendum regnum celorum ad que directe et p̄ ſe non indigemus armis materialibus ſz ſanctitate et virtutibus propter quod ſecūda Lor. xij. dicimuſ arma militie noſtre ñ ſunt carnalia quia tota colluctatio noſtra in noua lege eſt aduerſus rectores tenebrarum et contra ſpūalia nequicie in celeſtib⁹ vt habet ad ephe. vi. De his armis viſum eſt ſupra li. i. conſiderationc prima. Eſt igitur ſenſus propbetie ſi debeat complen in hac vita preſenti q̄ tempore noue legis non erunt talia bella ex conditione legis ſicut accidebat in lege antiqua ſed ſolum indigemus vomere ad ſeminandum mentum in preſenti vita et falce ad mentēdum premiū in futura gloria: vl' aliter ſicut dicit ptiſſimus petrus vir alfonſi in ſuo dyalogo ti. ix. Dit enim q̄ non dixit propbeta predicta quid facture ſint gentes enarrando ſed quid preceptarus ſit xp̄s oſtēdendo: quemadmodum et alibi zacbarias dicit de ipſo. et loquetur inquit pacem gentibus. ſicut enim hic de eo q̄ pacem precepturus ſit dictum eſſe intelligimus ita et ibi. quā cum et ipſe precepent ſi completum non eſt nulla eius culpa fuit. Ad alia duo ſcilicet et pax non erit finis et donec auferatur luna dico q̄ non debent exponi iſte propbetie de pace temporali. ſed illa que durauit illo tempore fuit ſignum pacis ſpiritualis. quia certum eſt q̄ cito poſt mortem cbriſti ſicut dicitum eſt reſumexerunt bella in iudea iudeis adinuicem pugnantibus et iterum contra romanos rebellantibus ſicut dicit ioſepbus in libro de iudaico bello propter quod ciuitas iberuſalem et terra in circuitu fuit deſtructa. Exponitur ergo de pace quam ãgeli damauerunt in xp̄i natiuitate dicentes. Gloria in excelſis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Dec pax conſiſtit in tranquillitate conſcientie que permanet inuſtis omni tempore prouer. xij. Non triſtabit iuſtum q̄c quid et acciderit: et ſic permābit in iuſtis vſq̄ ad finem mundi cui ſuccedit pax celeſtis que exuperat omnem ſenſum ad philip. iiij. et ſic manet eternaliter ex pte finis ſicut luna que eſt incorruptibilis. Pax ergo propbeta de meſſia eſt pax per angelum in ſua natiuitate nunciata quam mundus dare nō poteſt quia mundus dat pacem ſuam cum mala voluntate. dat pacem in ſigno non in opere in ore non in corde. p̄s. Loquuntur pacē cum proximo ſuo. mala autem in cordibus eorum. et illam ſpiritualem pacem bone voluntatis per angelum nunciatam confirmauit ibū̄ cbriſtus verus meſſias in morte dicens. pacem relinquo vobis pacem meā do vobis non quomodo mundus dat ego do vobis Jo. xiij.

Contendit iudeus probare q̄ ieſus non eſt verus meſſias quia in eius aduentu non babitauit lupus cum agno.

Vndecimum argumentum iudeorum contra verum meſſiam ſumit̄ de textu yſa. c. xi. Egredietur virga de radice yeſſe. qui ſecundum omnes doctores loquitur de aduēctu meſſie: qui d̄ radice yeſſe egreſſurus erat. et ſequitur. babitabit lupus cum agno et pardus cū bedo accubabit. vitulus et leo et ouis ſimul morabuntur et puer parvulus minabit eos. vitulus et vrſus pascentur ſimul et requieſcent catuli eorum. et leo q̄ ſi bos comedet palcas. et delectabitur infās

ab vbere. super foramina aspidis et in caue
na regul: qui ablactatus fuerit manum suã
mittet. Super isto textu dicunt iudei q̃ ad
uentu messie animalia siluestria pacificabũ
tur sic videlicet q̃ pacifice viuent et habita
bunt cum animalibus naturaliter mansue
tis. et q̃ animalia venenosa non nocebunt
hominibus nec pueris. immo q̃ infãtes se
cure ludent cum eis: nihil horum dicunt iu
dei impletum in tempore iesu nazareni ergo
non est messias. Ad istud argumentum di
cendum q̃ non est verum q̃ animalia silue
stria tempore messie debent domesticari ta
liter q̃ pacifice viuant et habitent cum man
suetis et q̃ venenosa non nocebunt et cetera
quia ꝑm q̃ dicit rabi salomon tempore mes
sie nec tempus nec animalia nec corpora ce
lestia in suis naturis mutabuntur. Et ideo
dicendum q̃ ille locutiones que sunt in illa
prophetia sunt methaphorice quia nominã
tur ibi homines nominibus animaliũ. q̃d
enim prodesset talis confederatio si lup⁹ pa
cem non haberet nisi cum agno nec pardus
nisi cum hedo. nec leo nisi cum oue et vitulo
Inquietaret nanq̃ lupus hedũ et leo agnũ
et pardus ouem. Ista ergo diuersa anima
lia diuersas hominum conditiões designãt
sic ꝑhari potest ex scriptura veteris testamen
ti vt ipsi ceci suam cecitatem propriis manu
bus possint palpare. Dicitur enim Heñ. xlix
beniamin lupus rapax et tamen iste lupus
vere erat homo. Et ibidem Dañ. coluber in
via cerastes in semita: ysachar asinus fortis
q̃ autem iste modus loquendi sit in dicto
capitulo. patet quia yesse patrem dauid vo
cat radicem. Dauid vocat virgam. et messiã
vocat florem. et hoc patet per thargũ transla
tionem chaldaicam. Item ysa. xvi. capi.
Emitte domine agnum dominatorem terre
Animal autem irrationale nõ potest domi
nari terre cum ex ordinatione diuina homo
praesit animalibus vt dicitur. Heneꝯ. i. capi.
Item Heneꝯ. xlix. Catulus leonis iudas:
et Hieremias. iij. Loquens ꝓphã de na
buchodõ. qui debebat destruere ciuitatez ihe
rusalem. Ait ascendet leo de cubili suo. ergo
omnia ista animalia diuersarum conditio
num sunt homines. qui ad vnitatem legis
euangelice sunt vocati. non q̃ lupus exutẽs
lupus maneat cum agno. sed q̃ lupus in ec
desia efficitur agnus. et tunc habitat lupus
cum agno. Nos sane per bestias illas que
rapina et carne viuunt: impios homines in
telligimus et raptores. per reliquas vero pe
cudes mansuetos et simplices et de illis ꝓ
pheta dicit q̃ christus eos habitare et pacẽ
habere preciperet: Et q̃ ita intelligenda sit
illa prophetia. scilicet de hominibus patet
per prophetam reddentem causam istius cõ
federationis. Ait enim immediate quia re
pleta est terra scientia domini. bestie autem
intellectu carentes: scientie domini non sunt
capaces: Sed et in confusionem intelligen
tie modernorum in prophetia predicta dice
runt doctores antiqui iudeorum: nullam in
ter tempus modernum et tempus christi fu
turum esse distantiam nisi q̃ in eius tempo
re captiuitatem omnium exibunt atq̃ misse
riam. hec Petrus alfonsi in suo dyalogo ti.
ix. Est ergo sensus in diebus messie habita
bit lupus cum agno. id est superbi cum hu
milibus. Infideles cum fidelibus. Judei
cum gentilibus. et venenosi gentiles qui vo
luerunt deuorare iudeos eis non nocebunt
et cetera. Que omnia impleta sunt tempo
re iesu nazareni quando simul in vna fide
et cultu veri dei habitauerunt venenosi gen
tiles cum humilibus iudeis. Et ad litteram
impletum est illud in euangelio christi quã
do christus iesus dedit potestatem aposto
lis et discipulis virtutem calcandi super ser
pentes Luce. x. et cetera. Et actuum. xxviij.
dicitur q̃ paulus percussus a vipera in nul
lo est lesus propter quod barbari admiran
tes dixerunt ipsum esse deum. Sed quid est
quod dicitur in predicta auctoritate et puer
paruulus minabit eos. Dico q̃ puer paru
lus leonem et visum minat cum agno i do
mo dei pastor. i. prelatus nobili et ignobili
potenti et impotenti. forti et debili imperat
puer ille dicitur non in sensu sed malicia par
uulus.

Contendit iudeus ꝓbare q̃ ihũs non ẽ
ver⁹ messias q: iudei nõ sunt liberati a capti
uitate nec ad patriam reducti.

d Vodecimum argumentum iudeo
rum. Accipitur ex textu Deutero.
xxx. vbi dicitur cũ ergo venerit sup
te sermones isti bñdictõ siue maledictõ quã

ꝓpoſui in conſpectu tuo et ductus penitudi
ne cordis tui in vniuerſis gentibus in quas
diſpſit te dominus deꝰ tuus et reuerſus fue
ris ad eum et obedieris cum imperijs redu
cet te dominꝰ deus tuus de captiuitate tua
ac miſerebit tui. et rurſum congregabit te de
vniuerſis populis in quos te ante diſpſerat
et ſi ad cardines celi fueris diſſipatus inde
te trahet dominꝰ deꝰ tuus et introducet te in
terram quã poſſederũt patres tui et maioꝛiſ
numeri te eſſe faciet ꝙ̃ fuerunt patres tui.
Iſtud dicunt iudei non eſſe factũ in tempo
re ihũ nazareni. qꝛ nec liberati a captiuitate
ſunt nec reducti ad patriã quã poſſedrũt pa
treſ ſui. et tamen iſtud debet fieri tẽpe meſſie
ergo non eſt ipſe meſſias promiſſus. Ad il
lud argumentum eſt triplex reſponſio. Prꝛia
eſt ꝙ hec oĩa non debẽt ipleri tẽpore meſſie
abſolute. ſed cum conditione poſita in textu
ibi. ſed ſi fueris ductus penitudine cordis i
mo cõtinue peccata peccatis ſicut patres eo
rum et mala malis addunt. et ipſi concedũt
ꝙ ipſi ſunt in pñti captiuitate propter pecca
ta que non emendant et de quibus non pe
nitent gratis igitur ſunt in ea. Secũda reſpõ
ſio eſt ꝙ illa ꝓphetia moyſi impleta eſt in re
ductione captiuitatis babylonice quia quã
do iſta ꝓphetia fuit dicta per moyſen ſolum
fuerat populus in ſeruitute egyptiaca. Et iõ
dicit textus rurſum. i. uterũ et ſimile habetur
yſa. xi. Addiciet dominꝰ ſecũdo manũ ſuaꝫ
ad poſſidendũ reſiduũ populi ſui ꝙ poſſidẽ
tur ab aſſyrijs et non babetur in tota ſacra ſcri
ptura ꝙ tercio debeat dominus reducere ca
ptiuitatem iudeorum. ſed ſolum ſecundo. et
ſecunda captiuitas fuit babylonica. Iſtõ igi
tur impletum eſt in reductione captiuitatis
babylonice. Sed contra hoc fortiter argu
unt iudei per illud Ezech. xxxix. c. vbi dicit
ꝙ congregabit eos dominꝰ de nationibꝰ et
non relinquet quẽq̃ ex illis ſed in iſta reduc
tione babylonie multi remanſerunt et ñ om
nes reuerſi ſunt igitur ꝓphetia non ẽ imple
ta Dicẽdũ ꝙ immo ꝓphetia eſt impleta qꝛ
omnes reuerſi ſunt qui voluerunt reuerti. qꝛ
omnibus nullo dempto. Cyrus dedit licen
tiam vt ptꝫ. ij paral. vltꝰ. et primo eſdre ꝺ̃dit
etiam eis munera multa et vaſa templi que
tulerat nabuchodonoſoꝛ de iheruſalẽ et nul
lus derelictus eſt ibi q̃ voluerit reuerti. Illi
autem qui ibi remanſerunt fuerũt ingrati di
uino beneficio. Tercia ſeſpõſio eſt ꝙ põt
exponi ꝙ predicta cõgregatio facta eſt per
ihũm verũ meſſiam ſpiritualiter qui congre
gauit iudeos et gentiles in vnum per fidem
et charitatem. ſicut exponit Johãnes euan
geliſta. xi. ca. vbi dicitur ꝙ ihesus moriturꝰ
erat pro gente non tm̃ ꝓ gente ſed vt filios
dei qui diſperſi erant congregaret in vnum.
Nullus autem ab hac congregatione expel
litur qui velit intrare quia nulli claudit gre
mium eccleſie. Judei autem hanc congrega
tionem non intelligunt ſed volunt intellige
re ꝙ ſicut corporaliter fuerunt per orbem di
ſperſi. ſicut corporaliter in terram promiſſio
nis quam poſſederunt patres eorum habẽt
congregari. Vt ergo cecitas iudeorum excu
ſatur. Notandũ eſt ſicut notat reuerendus
magiſter Paulus epiſcopꝰ burgenſis in ſuo dya
logo. diſtinctione. iij. c. i. ij. et. iij. ꝙ cõgre
gatio de qua loquitur prophetа eſt dicta eꝫ
uocatio. qñꝙ enim ſignificat congregationem
corporalem in aliquo loco. quãdoq̃ vero ſi
gnificat congregationem. i. aiorũ in aliquo
credibili ſeu opinabili vel deſiderabili et hu
iuſmodi. Sicut enim corpora in eodem loco po
ſita dicuntur congregata localiter et adiuicẽ
remota dicũtur diſpſa ſic animi in eodẽ con
ceptu intellectus ſeu voluntatis exiſtẽtes vni
ti dicuntur et a fortiori poſſunt dici congre
gati. vnde auctoritas allegata ezech. poteſt
dupliciter intelligi. quia ſecundũ quoldam
de congregatõne corporali intelligitur ꝙ fu
it impletum in reditu de captiuitate babylo
nica quando omnis populus iſrahelitꝰ ꝙ
voluerunt aſcendere ad terram promiſſionis
habuerunt vniuerſalem licentiam ſeu pote
ſtatem hoc faciendi. ſicut ſupradictum eſt. et
huic ſententie conſonat principium huius ꝓ
phetie ꝓdicte ezech: In q̃ dñs dicit ꝓphetice
Nũc conuertã cõuerſionẽ iacob etc. qõ eſſet
mãifeſte falſũ ſi hoc adhuc eẽt futurũ cũ ab
illo tpe in quo dictũ fuit nunc conuertã vſq̃ ad
iſtud tps trãſierũt plus ꝙ̃ mille ſexcẽt anni
Sꝫ qꝛ tpe ezechi. qñ hoc fuit dictũ ꝓ ꝓphetã
iã imminebat tps ꝓdicte cõgregatõis. Jõ dr̃i
hac ꝓphetia nũc reducã captiuitatẽ etc. que
quidẽ ꝓphetie et plures alie ſimiles vt illa
Ezechiel. xi. Congregabo vos de populis
et adunabo de terris in quibꝰ diſpſi eſtis et da
bo vobis humum iſrael: fuerunt impiete
in reditu captiuitatis babylonice per con

gregationē corporalē israhelitarū que tunc fuit facta. Secundo vero intelligitur cōgregatio in predicta auctoritate spūaliter q̄ impletū fuit per ihūm xp̄m verum messiā sub quo totus israel. s. fideles christi qui veri israel dicuntur non camale sed spirituale ē cōgregatus seu vnitus in fide christi p̄m quam animi fidelium vniunt̄ seu cōgregantur. nec obstat p̄m istos q̄ dicatur nūc cōuictā tum quia non tm̄ distat tēpus in quo hec prophetia fuit dicta a tempore aduentus xp̄i sicut p̄ns tempus vt est manifestū. tum quia respectu diuine eternitatis tēpora omnia reputantur vt nunc. Ex quibus patet q̄ p̄m vtrā; q̄ predictarum expositionū prophetia predicta iam est impleta. Et si dicat iudeus nō inuenitur in sacra scriptura congregatio spūalis sed vbicunq̄ dicatur congregatio intelligitur corporuz quare sequitur q̄ predicta expositio nullum habet in sacra scriptura fundamentum. Respondetur q̄ non est mirum si iudeus non inuenit quia cecus est. numq̄d dicatur in p̄s. Lor eius congregauit iniquitatem sibi. Constat enim q̄ congregatō iniquitatum in corde fit per multarum cogitationum iniquarum aggregationem que non est congregatio corporum sed conceptū cordis. Legitur enim, Ezech. xxxvij. q̄ prophetā iussu diuino accepit duo ligna quorum super vnum scripsit tribui iude et socijs eius: Et super aliud tribui effraym et socijs eius: que quidem ligna de dei mandato vnū ad alterum adiunxit per quam adiunctionē vt ibi legitur figuratur a deo vnio israelis adinuicem sic q̄ non diuiderentur in duas gētes seu duo regna. Ex quo patet q̄ per coniūctionem corporalem figurat cōiūctio spūalis in scriptura et per consequens cōiunctio spūalis est potior seu dignior q̄ corporalis. Sicut figuratum potius seu dignius ē q̄ figura. Expositio auctoritatis ezechiel. de congregatione spirituali qualis est facta per christū est multum rationalis et dictis sacre scripture consona. Sic est vtrum instantia ō supradicta auctoritate deutero. xxx. vbi agitur de captiuitate iudeorum hodierna vt ipsi asseuerant. s. q̄ sunt congreganda diuersis pnūbus terre in terram quam possederunt p̄res eorum ex eo q̄ dicatur in textu. si ad extremum celi fueris dissipatus inde te cōgregabit dominus deus tuus et inde assummet te atq̄ introducet in terram quam possederunt patres tui et obtinebis eam. Ratō autem quare instantia predicta nullius est roboris. qa sicut congregatio est dictio equiuoca vt dictum est sic etiam terra. Dicit enim raby moysen de egypto q̄ qui scripturas sacras recte intelligere vult oportet q̄ significationes dictionum equiuocarum discernat nunc autem vt patet ex sacra scriptura iste terminus terra corporea et sensibili in qua homines communiter habitant. quandoq̄ vero pro spirituali in qua sancti habitant de qua dicitur in p̄s. Credo videre bona domini in terra viuentium. Unde si predicta auctoritas intelligatur de hodierna captiuitate vt iudei exponunt tunc congregatio de qua loquitur intelligenda est spiritualis. Similiter et terra contenta in illa auctoritate intelligenda est non terra in qua habitauerunt patres corporaliter pro certo tempore et postea mortui sunt. Sed terra viuentium in qua quicunq̄ reuersus fuerit ad deum per veram penitentiam que fidem et charitatem presupponit introducitur et eternaliter manet. Sed dicet iterum iudeus si terra aliquando intelligatur in scripturis pro eterna mansione hoc est cuz additione huius termini viuentium et huiusmodi. Sed terra simpliciter sumpta non accipitur in scripturis nisi pro hac terra sensibili. Respondetur video q̄ cecus facius ne mirum si non videt scripturam sacrā in qua sine aliqua additione terra aliquando accipitur pro terra spirituali habitata p̄ sanctos. Dicitur enim in p̄s. Justi autem hereditabūt terram et habitabunt in seculū seculi super eam. Constat autem q̄ nulla ē terra sensibilis in qua iusti in seculum seculi habitant cum omnes iusti in hac vita existētes sint mortales. Et sic patet q̄ terra de qua loquitur psal. non est ista terra sensibilis in qua habitamus mortales homines temporaliter sed illa terra celestis in qua iusti habitant in seculum seculi scilicet eternaliter. Et ista est proprie terra viuentium et sic patet q̄ vocat psalmus simpliciter sine adiectione illam terram celestem quam sancti habitant quam quidem significationem doctores iudeorum sentiunt. Unde super illud Isa. lx. capi. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram. Dicunt in libro can-

bedrin celech: omnis israelita habet sortem in seculo futuro. scriptum est enī populus tuus omnes iusti ī perpetuū hereditabūt terrā hec illi. quā auctoritatē tenēt oēs posteriores moderni iudeorū sine ꝓtradictione. Ex quo ptz ꝙ terra in verbis ysa. simpliciter dicta. s. cum dicat hereditabunt terram accipitur pro terra illa celesti et codē modo intelligendus est in auctoritate deutro. xxx. per iudeos allegata. ꝓtz ergo falsam eē opinionē iudeorū fez ꝙ sunt congregādi corporaliter ab hac captiuitate in qua sunt vndecunq; sint et reducendi ad terrā illā sensibilem quā possedērunt patres eorum et ꝙ predicta prophetia īpleta ē p xp̄m in congregatione spūali et terra viuentium.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ibūs non ē verus messias quia non cōgregauit iudeos in iheruſalem.

t Decimūdecimū argumentū iudeoꝝ ē licet terra possit intelligi celestis vt ī p̄cedenti solutione dictum est non tamen videtur quō possit intelligi ꝙ congregatio iudeorū non sit fienda a captiuitate qua sunt ad ciuitatem iheruſalē reuocandi cuz ō hoc expresse sit auctoritas hiere. xxx. c. Jn tempore illo vocabunt ihrm̄ solium domini et congregabūtur ad eā omnes gentes in nomine domini in iheruſalem: cū ergo hec cōgregatio non sit facta expectatur ergo fiēda p messiam futurū. Respondet predictus magister Paulus libro eodem et di. xxx. c. ꝙ hec dictō iheruſalē est equiuoca sicut iste terminus terra saltem a consilio. vnde sup illud. p̄s. cxxi. Jheruſalē que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum doctores iudeorū tradūt ꝙ iheruſalē inferior dirigat ad iheruſalem superiorē. Dec ille. Ex quo patet manifeste ꝙ intelligāt illud quod dicitur ī p̄s. Jheruſalē que edificatur vt ciuitas pro inferiori iheruſalē. et illud quod sequitur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. pro iheruſalem superiori que quidē expositō est satis congrua quia illa inferior iheruſalē ad illā superiorē ordinatur seu dirigitur. patet ergo ex dictis doctorū hebreorum ꝙ iheruſalem quandoq; accipitur in sacra scriptura pro illa celesti. et sic debet intelligi in predicta auctoritate Jere. allegata ī qua dicit ꝙ congregabuntur ad iheruſalē omnes gētes in nomine domini. Sciendū etiam ꝙ secūdum doctores iudeorum non solū beatitudo celestis vocatur iheruſalē in scripturis. sz etiam mons dei et locus sanctus dei. et sanctuarium et atria domini et tēplū domini et huiusmodi. et ideo cum dicitur quis ascēdet in montē domini aut quis stabit in loco sancto eius. Et alibi concupiuit anima mea in atria domini et multa similia intelligi ōbēt secundum doctores iudeorum de celesti beatitudine. Jnter quos principalis est Rabi moyses egyptius qui de hoc tractauit in suo deutero. in titu. de penitentia. capi. viij. De quo in ptcula. vij. loquens de premio eterno. dicat hoc est premiū quo nullū superius et hoc ē bonū post quod nullū aliud bonuz et hoc̄ desiderauerūt omnes prophete. quod bonum multis etiā vocauerūt nominibus. vt mons dei et locus sanctus eius. et locus sanctuarij et via sancta. atria domini et porta domini. hec ille.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ibūs non ē verus messias quia in eius aduentu nō edificauit templum domino.

q Quartūdecimū argumētum iudeorū accipitur ex illo quod habet za/charie. vi. Ecce vir oriens nomen eius: sequit. et ipse edificabit tēplū dñō. et ēt habetur ezechielis vltimo ꝙ ihrm̄ et tēplū debēt reedificari tēpore messie: et fm mensuras que ibi ponūtur: spaciū erit vltra decem milia leucarū. Jsta inquiūt non sunt ipleta tpe ibū nazareni. imo tēplū et iheruſalē ꝓpter eius mortē fuerunt destructa vt dicat rabi moyses de egypto in libro sophrym libro de iudicibus titulo de regibus et bellis eorum ca. xi. Dicat enī ibidē ibūs nazarenꝰ imagiatus est se eē messiā et fuit interfectꝰ p̄ iudicū et infra volēs cōcludere eū nō eē messiā. Ait sicnam omnes ꝓphete locuti sunt ꝙ messias est redēptor israel et congregator eorum et iste ōdit occasionē ad p̄dēdū israel gladio et dispergēdū reliquias eorū et ad supprimēdos eos ergo nō est ipse messias. Ad istud

argumētum dicendum ꝙ ſecūdū nos et iu-
deos dupler eſt tēplū et duplex iheruſalem
ſcz tēplū materiale et ſpirituale. Dieruſalem
alta et iheruſalē baſia pro quo eſt auctoritas
Heñ. xxviij. de iacob qui vidit ſcalam et an-
gelos aſcendentes et deſcendētes et dixit. ꝙ
tembilis eſt locus iſte Nō eſt hic aliud niſi
domus dei etē. vbi gloſa hebraica dicit ꝙ ia
cob vidit iheruſalē et domum dei edifican-
dam in terris et in celis. et dixit non eſt hic a-
liud niſi domus dei et porta celi. i. dom⁹ edi
ficanda in terris nihil eſt comparatione illi⁹
domus et iheruſalem que debet edificari in
celis et per hoc eſt magna gloſa in breſich ra
ba que habet ꝙ moyſes anteꝙ moreret̄ du-
ctus eſt in celū et vidit ibi meſſiam edifican-
tem iheruſalem in celis ex margaritis et la-
pidibus preciosis. et dixit ſibi meſſias ꝙ ia
cob pater eius vtrancꝙ iheruſalem videbat et
dixit ꝙ nihil erat illa iheruſalē que edifican
da erat in terris in comparatione illius que
in celis quia illa erat duratura pro iſrael im
perpetuum et dixit tunc moyſes Letatus ſū
in his que dicta ſunt mihi in domū domini
ibimus. Stantes erant pedes noſtri in atriſ
tuis iheruſalem. Dieruſalem que edificatur
vt ciuitas cuius ꝓticipatio ei⁹ in idipſuz. mo
do ad propoſitum ihesus nazarenus verus
meſſias debuit edificare et edificauit tēpluz
et iheruſalem non materiale ſed ſpirituale. ſ.
eccleſiam et paradyſum ex lapidibus viuis
videlicet ex fidelibuſ. qui in preſenti templo
et hieruſalem ſuperiori compaginant̄ p gra
tiam et in futuro per gloriam. et ꝙ nō debe-
at edificari templum materiale ſecundum i-
tentionem iudeorum patet quia poteſt quę-
ri ab eiſdem de quinqꝫ. Primo quale in nu-
mero eſſet. Secundo quid contineret. Tercō
ad quid ſeruiret. Quarto quis ibi miniſtra-
ret. Quinto que dies illud ſolēnizarent. Ad
primū reſpondet iudeus ꝙ erit in nūero ter-
cium. Sed contra hoc eſt hiere. vij. c. Nolite
confidere in verbis mendacij dicētes. tēpluz
domini tēplū domini tēplū domini ē. quaſi
dicat tēpla materialia nō debēt eſſe niſi duo
et q̄ dicit terciū tēplū materiale fiendū men-
dacium dicit. verba ſunt domini exercituum
dei iſrael: vt patet ibidē. Itē aggeꝰ ꝓpheta q̄
fuit tpe ſecūdi tēpli hoc idē dare exprimit in
ca. ij. loquens de celeſmo aduentu meſſie
in eodē dicens. Adhuc vnum modicum eſt
et ego cōmouebo celum et terram mare et a-
ridam et mouebo omnes gentes et veniet d̄
ſideratis cunctis gentibus et implebo do-
mum iſtam gloria dicit dominus exercituū.
ſequitur. magna erit gloria domus iſtius no
uiſſime pluſ ꝙ prime dicit dominus exerci-
tuum. hec domus nouiſſima fuit domus ſe
cunda que facta fuit per eſdram in quam ve
nit ſaluator noſter quādo fuit oblatus et ſe
pe in eadem predicando et miracula facien-
do. et quia ipſe in eam venit dicit prophęta
ꝙ debebat eſſe ſua gloria maior quam illi⁹
prime quam fecit ſalomon licet fuit nobilis
prima facta per Salomonem. quia non fu-
it in regibus maior Salomone. Et attende
ꝙ dicatur in textu. domus iſtius nouiſſime
demonſtratiue ſignando nouiſſimam do-
mum et non dicit nouiſſime abſolute. ſicut
cogitat iudeus ꝙ debeat fieri altera domus
vt predictum eſt. quia ſi talis debuiſſet fieri
dixiſſet prophęta domus nouiſſime. Sed
quia illa erat domus in quam debebat ve-
nire ſicut venit; de facto. meſſias dixit huiuſ
modi. vt de facto daretur intelligi ꝙ in iſtaz
debebat venire et non in alteram. Nunc
autem probatur ꝙ illa maioritas fuit quia
venit in ea ſaluator. legimus in primo libro
Eſdre capitulo tercio. ꝙ quando finitum ē
opus domus ſecunde plurimi etiam de ſa-
cerdotibus et leuitis et principes patrum et
ſeniores qui remanſerant in illis ſeptuagin-
ta annis qui tranſierunt de prima domo ad
ſecundam lacrimabantur quia nihil vide-
batur domus ſecunda in comparatione ad
primam. Sed iuuenes qui non vide-
rant primam gaudebant in aſpectu ſecunde

In quo ergo erat maioritas glorie huiuſ
ſecunde domus nouiſſime niſi quia in eam
venit ſaluator mundi. Sapientes iudeo
rum decclarant ꝙ maioritas domus ſecun-
de fuit quia durauit per decem annos plus
ꝙ prima. quia prima durauit per quatuor-
centa et decem annos. et ſecunda per. cccc.
et viginti annos videte qualis eſt gloria q̄
durauit decē ānis plus in illis decē vltimis
añ deſtructionē tā non habebat gl̄iam nec
ꝓtātē q̄ per ſex ānos anteꝙ deſtrueret̄ do-
mus ſecunda. Tytus et veſpaſian⁹ mādaue
rūt ꝙ nō facerent ſacrificia poſt aduentum

etiam saluatoris nostri qui fuit pauco tem/
pore ante destructionē secūde nomus secun
dum q̄ ipse dixit. Luce.xix. q̄ non remane
ret in ea lapis super lapidem quotidie fue/
runt de malo in pcius. et que gloria erat q̄
ipsa durauit decem ānis plus cum ip̄i ma/
nerent captiui et subditi. Sunt alij sapiētes
iudeorum qui declarauerunt q̄ maioritas
illa fuit quia fuit melius operata q̄̄ prima
salomonis et q̄ illam reparauit herodes.
Sed bene debemus intelligere q̄ non attin
git herodes ad illud ad quod attingit salo/
mon vt faceret maiorē et meliorem domum
Ceterum thalmuth ī libro qui vocaf yoma
dicit q̄ quinq̄ qui fuerunt in prima domo
non fuerunt in secunda. Primū archa testa/
menti. secūdum sembāmefioras q̄ ponebāt
sacerdotes super cor suum. quia mandauit
lex in Exodo q̄ cum alijs pānis sacerdota
libus faceret vnum alīū pannum qui in he/
braico vocatur ospher qui esset quadrat⁹ et
duplicatus et q̄ esset quantitatis vni⁹ pal/
mi in longum. et alterius palmi in latū iter
duplicaturam huius pāni ponebat facer/
dos sembammefioras scriptū in hoc panno
mandauit lex q̄ poneretur duodecim lapi/
des preciosi in quattuor lineis de tribus in
tres ita q̄ tres essent directe in qualibet linea
et mandauit q̄ scriberentur nomina duode
cim tribuū in illis lapidibus vnum nomen
in quolibet lapide. et cum sacerdos pōebat
super se hunc pānum volens scire si irent ad
faciendum guerram vel si haberent victoriā
et si irent que tribus haberet victoriam per
virtutem illius sembammefioras statim re/
lucebat lapis et splendebat nomen illius tri
bus per quam debebat habere victoriam et
si non oportebat ire ad guerram splendebāt
quedam littere que dicebant non. et si opor/
tebat ire relucebant littere que dicebant sic.
et istud non fuit in domo secunda. Tercium
q̄ non descendebat ignis de celo ad combu
rendum sacrificium sicut in prima. Quartū
q̄ gloria dei que apparebat ī prima domo
in sancta sanctorum inter cherubin non vide
batur in domo secunda. Quintum q̄ in pri
ma veniebat spiritussanctus ad loquendus
cum prophetis et in secunda non. quia tres
vltimi prophete. s. aggeus zacharias et ma/
lachias qui fuerunt in domo secunda erant
senes et remanserant a tempore dom⁹ pro
et in malachiam cessauerunt ꝓphete q̄ ipse
fuit vltimus. nunc ad ꝓpositum redeamus
ex quo in domo secunda deficiebant ista q̄n
q̄ in quo erat maioris glorie q̄̄ prima nisi
quia debebat in ea venire messias filius dei
viui qui incomparabiliter excedebat omnia
predicta. Patet ergo manifeste ex hac ꝓphe
tia nullam aliam domum fuisse templus ma
teriale fiendum cum domus illa secunda es
set nouissima in qua venit x̄ps qui est vera
gloria. Sed arguit vltimus iudeus si tu
dicis q̄ hec prophetia fuit implera in domo
secunda quando motum est celum et terra et
mare et arida quia non videntur ista facta es
se in aduentu ihesu nazareni ergo necesse est
dare terciam domum quando ista implebū
tur. Respondeo q̄ immo omnia ista fuerūt
impleta in aduentu ihesu nazareni veri mes
sie. Dicat enim adhuc vnum modicum. id ē
tempus breue respectu precedentis durati
onis mundi et ego mouebo celum. istud fu
it impletum quando stella noua in natuita
te x̄pi apparuit. Matb. ij. et terram et mare
quod fuit impletum per victoriam romano
rum in omni terra et in insulis maris. Et mo
uebo omnes gentes hoc fuit impletum im/
minēte christi natiuitate propter quod exijt
edictum a cesare augusto vt describeretur vni
uersus orbis redactus sub dominio romani
imperatoris ꝓpter q̄d ibant singuli in ciui/
tatē suā et tunc x̄ps fuit natus. Luce. ij. Ipō
ergo x̄po aduenientē multitudo maris ad eū
est conuersa celum. tellus et marta sunt com
mota. cōmota in q̄̄ sunt celi et terre et mans
habitatores exultauerunt. et vndiq̄ terrarū
iherusalem habitationes varias oblationes
varias ad laudem ipsius christi attulerunt
Ad secundum in quo querebatur si daretur
tercium templus materiale quid contineret
dicit iudeus q̄ contineret archam. tabulas
virgam et manna Sed contra hoc est Diere.
in capitulo. iij. non dicent vltra archa testa/
menti neq̄ ascendet super cor neq̄ recorda/
buntur illius nec visitabitur. nec fiet vltra. sz
in tempore illo vocabunt iherusalem solius
dñi et cōgregabūtur ad eū omnes gētes. vbi
est glosa doctorū iudeorū q̄ ꝑ tēpe ihūm
syō solū dñi. iuda israel sāctuarius terra oia
h̄ec vocabula significāt gl̄iam paradisi Ad ter
cū si daref terciū tēplū ad q̄d seruiret dicūt
iudei q̄ seruiret ꝑ sacrificijs faciendis sicut

ptenta domus. Sed contra hoc dicit de⁹ ysa: vlti. Celū sedes mea terra scabellū pedū me orum que est ista dom⁹ quā edificabitis mi/ bi et quis est iste locus quietis mee. Respon dent iudei domino. domie ista tercia dom⁹ edificabitur tibi pro sacrificiis offerendis. si/ cut in ceteris domibus fuit factum vt respici as ꝓ peccatis nostris et parcas. et dicat do/ minus eis ad quē respiciā nisi ad paupculū contritum spiritu et trementem sermões me os. Et exēplificat de sacrificijs antiquis. di cens qui īmolat bouē quasi qui interficit vi/ rum. qui mactat pecus quasi qui excerebrat canem qui offert oblationem quasi qui san/ guinem suillum offerat. qui recordatur thu/ ris quasi qui benedicat ydolo. quasi dicat ista sacrificia non mihi placent. cessare debēt et solū mihi placet quod tpe messie est fien/ dum. id est sacrificium cordis contriti et hu/ miliati. etc. Ad quartum in quo quentur si daretur tercium templum quis ibi mini/ straret. Respondent iudei ꝙ ibi seruirent sa/ cerdotes de leui. et de sadoch. Sed contra hoc est ysa. in. c. eodem vbi loquens de mes/ sia dicit. et declinauit super eā sicut flumen pacis. sequitur et mittet agentes in affricam et lidyam et ytaliam et grecyam etc. et faciet ex eis in sacerdotes et leuitas. dicit dominus quod impletum est in ihesu nazareno tem/ pore apostolorum Sacerdotiū enim antiq̄ legis figura fuit sacerdotij noue legis. et iō presente sacerdotio noue legis cessare debet antiquum iuxta illō .i. Reg. ij. vbi sic ait de/ us. Nunquid nō aperte reuelat⁹ sum domui patris tui cū eēt in egypto et elegi eū ex oīb⁹ tribub⁹ israel mihi in sacerdotē vt ascēderet ī altare meū. sequit. Ecce dies veniūt et preci dā brachiū tuū et brachiū domus patris tui vt nō sit senex in domo pris tui .i. presbyter vel sacerdos et quasi in fine capituli ꝛcludit et suscitabo mihi sacerdotez fidelē qui iuxta cor meum et animam meam faciat. et edifi cabo ei⁹ domū fidelē et ābulabit corā chri/ sto meo cunctis diebus. vbi euidenter osten ditur ꝙ iudeorum sacerdotum erat finaliter cōsūmādū et erat aliud cōsurgendū cunctis diebus perduraturus coram xpo domio Iu xta illud .ps. Tu es sacerdos in eternū secū/ dum ordinē melchisedech. Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere ꝙ institutionē sadoch et expulsionem abyathar a sacerdo/ tio. tercij Reg. ij. c. qz cū illa exclusione hāc etiam generalē intellexit ppheta sicut appa/ ret ex mō loquendi quia dicit ꝙ cunctis die bus certū est autem ꝙ cūctis diebus sadoch non ministrauit nec volo tacere ꝙ sequitur i eadem prophetia futurū est autem vt quicū/ q̄ remanserit in domo tua veniat vt oretur pro eo et offerat nummum argenteum et tor tam panis dicatq̄ dimitte me obsecro ad vi/ nam partem sacerdotalem vt comedam buc cellā panis hic est text⁹ noster. littera vero he braica sicut habui a quodam perito conuer/ so de iudaismo reuelante mihi hoc secretum hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotez fidelem sicut cor meum et voluntatem meaz faciet et venient ad adorandum et me in do mo mea in calice argenti et in placentula pa nis et dicent coniunge me nunc vni istorum sacerdotum ad comedendum hanc placen/ tulam panis. littera hebraica vbi nos habe mus nummum argenteum habet agorath quesepb quod sonat in calice argenti. Ex quibus manifeste patet non solum mutatio sacerdotum sed etiam nouum sacrificium fi/ endi in calice argenti et torta panis que vt clare patet impleta sunt in aduentu christi et suorum sacerdotum de ista materia lati⁹ di/ cetur infra in. xxiij. argumento Ad quin tum scilicet si daretur tercium templum que dies illud solemnizaret. Respondet iudeus ꝙ dies magis solemnis in illo templo erit sabbatum. Sed contra hoc est Isaias ca pitulo vbi supra erit mensis ex mense scilicet solaris et lunari et sabbatum ex sabbato. quasi dicat dies dominicus ex sabbato ꝙ totum impletur in nostra iherusalem eccle/ sia militanti tempore veri messie non enim debebat manere festiuitas sabbati nec que/ cunq̄ alia iudeorum. Unde Isa. i. Neo/ menia et sabbatum et festiuitates alias non feram iniqui sunt cetus vestri kalendas ve/ stras et solemnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. Templum ergo, et iherusalem quod debuit edificare tempore messie est spirituale scilicet eccle/ sia vel paradysus non materiale quod impletum est in ihesu nazareno. In con/ firmatione omnium predictorum scilicet ꝙ non sit dandum tercium templum, sicut le/

gimus in cronicis ipatorū et sūmorū pō tificum. Julianus apostata odio fidei xpi/ane pcepit iudeis vt templū suū reedifica/rent. qui ex omnibus mūdi ptibus cōgrega ti opus facere inceperunt. sed qō cū magno labore et per multa tpa fecerant subito cor/ruit terremotu. hec ibi. Iste iulianus susata uit. xij. persecutionem xpianorū. Itē tempe martini pape primi. Bumarus princeps sar/racenorū veniens iherusalē vbi olī fuit tem plū iudeorū quod per tytū destructū fuerat diligenter iubet inquiri loco vero reperto et diligenter mūdato cepit templum edificare et structura non stabat immo repente curue bat. scisciteq; quoq; cur hoc acciderat per quos dam iudeos reperit q nisi crux dñi. que erat in mōte oliueti de medio tolleretur edificare non posset qō factū fuit sublata enim cruce domini structura tenuit et bumarus supra se pulchrū domini vnā ecclesiam rotundā edi ficauit pro eo q machometus dominū no strum ibūm xpm tanq; deū summū ppbetā non autē tanq; deū adorari mandauit. Di/cit enim in alchorano ibūm xpm verum fuis se ppbetā natum de virgine conceptū de spi ritusancto sed non deū. et si queratur cur cru ce domini existente in monte oliueti structu ra illa non stabat. Ratio esse potuit q non patiebatur deus ibi templum fieri blasphe/mie preciosa domini cruce ibi existente i quo templo dum bumarus sacrificaret a quodā persa interfectus est hec in collectura bysto/riarum.

Contendit iudeus probare q ibūs nō ē verus messias. quia in eius aduentu non ē saluata iuda

q Vintumdecimum argumentū iu deorum contra xpm accipitur per illud Hiere. xxiij. Ecce dies veniunt dicit do minus et suscitabo dauid germen iustū trās latio. baldaica habet. i. messiam iustum. se quitur In diebus illis saluabitur iuda et is rael habitabit confidenter etc. Sed nūq; tot miserie acciderūt iudeis sicut post mortem ihesu nazareni sicut patet in destructione ci/uitatis et templi ergo non est ipse messias Ad illud argumentum respondetur q illa ppbetia est impleta qtum ad illos qui fue/runt veri filij israel et iuda qui saluari sūt spi ritualiter non solū qtum ad animas sed et corporaliter qz vt dicit in ecclesiastica bysto ria imminente destructione ciuitatis per ty/tum et vespasianū admoniti sunt fideles q erant in iudea per angelum vt transirent i re gnum regis aggrippe qui erat confederatus romanis in pace. Infideles autem qui ibi erant non credentes in xpm suam miseriam de suo peccato meruerūt. Huic concordat re sponsio venerabilis magistri Petri alfonsi in suo dyalogo titulo. ix. vbi dicit q ꝓmissio eis dūtaxat est facta qui credituri erant de israel. atq; iuda vnde et incredulis non ē cō/pleta quemadmodum populo israel de egy pto educto quidam quia peccauerunt et a p ceptis domini recesserunt. terram promissio nis non intrauerunt. quam promisit dominꝰ moysi dicēs. Descendi vt liberarem populū meū de manu egyptiorū vt educerem de ter ra illa in terram bonam et spaciosam. sed omnes in deserto mortui sunt. hec ille. Im/pleta est ergo prophetia non in infidelibꝰ q non sunt proprie filij israel et iuda sed infi/delibus Fuit etiam impleta in domo secūda. quia de ea loquitur propheta. uel potest dici q illa saluatio et confidentia est de gloria ce lesti. quia ibi habitant confidenter. et sunt p fecte saluati.

Contendit iudeus probare q ibūs non est verus messias quia non habuit filios ne q semen.

ſ Extumdecimum argumentum fa/ciūt iudei ex illo Esa. liij. Videbit se mē longeuū quod intelligitur de messia. etin ps. Ponam in seculum seculi semen eius. Nunc autem non legitur ibūm nazarenū ha buisse filios nec semen ergo ipse non est mes sias. Ad istud argumentuz respondetur q ihesus nazarenus habuit filios et semen nō corporale sed spirituale. et hoc sufficit ad ve rificandū illā prophetiam quia verus mes/sias ibūs descendit de semine spūali nō cor porali. quod patet quia prima promissio fa cta de messia fuit facta Abrahe Gen. xv. in semine tuo inquit sibi dominus bñdicētur

omnes gentes et subdit quod sibi dixit dominus. In Isaac vocabitur tibi semen et tamen constat q̄ Isaac conceptus est secundum spiritum non ſm carnē sicut Ismael vt dicit apl's ad Gala. iiij. A fortiori igitur et multo magis xp̄s qui non ex virili semine: sed mystico spiramine. q̄ ergo verus messias ibūs fuit natus totaliter ſm spm̄ de virgine sine viro sufficit sibi q̄ bēat filios spūales et glosa hebraica super illo: in Isaac vocabitur tibi semē. Dicit hic notanter duo seculā vnū legis aliud xp̄i et messie. in seculo legis fuerūt semē et filij carnales. in seculo xp̄i spūales sicut Isaac ſm spm̄ nat⁹ ē. et de istis filijs loquitur dauid. ps. xliij: qui ad litteram etiā ſm expositores iudeorū exponitur de rege messia in quo dicit sic. Pro patribus tui nati sūt tibi filij etc. sicut enim ipe nō debebat hereditare regnū a patre carnali sic nec debebat regnū tēpale dimittere filio carnali q̄ ostēdit būlitatē et mūdiciā ipsi⁹ et forte ratione istius fuit et est cōsuetudo inter xp̄ianos q̄ papa qui est vicarius xp̄i nō est heres regni sui patris nec dimittit hereditatē filio suo. quia ipsum habere non pōt.

Contendit iudeus p̄bare q̄ ibūs non ē verus messias. q̄ lux lune nō est facta vt sol nec sol vt septem dierum.

d Decimū septimū argumētum iudeorum est de sole et luna quoniam in diebus messie vt p̄z Isa. xxx. erit lux lune sicut lux solis. et lux solis erit septēpliciter sicut lux septem dierū in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Respōdetur ſm pentū virū Petrū alfonsi in dyalogo ti. ix. q̄ non est gens in mūdo stolidior iudeis qui putant q̄ corpus vel lumē lune deus augeat siue solis. Sol ei si quāt⁹ nunc ē maior esset dupliciter totū pfectū bominū cōbureret nedū si septēpliciter q̄ si et lumen septēpliciter magis eēt oculos nimirū nostros nimio splendore obtōderet. lumē etiaz lune si splēdori solis pficeret nemo iā vltra q̄ escaret. semp enī dies eēt. Per lunaris igitur lucis siue solaris augmentū voluit prophete intelligi fidem et gloriam in xp̄o creditorum. ac si diceret fides illorū et gloria mlt̄pliciter maior erit et pulcrior q̄ modernorū. et q̄ nō de luna vel sole isto visibili. ſz de christianorum credulitatis gloria et splēdore propheta loquatur in sequentibus testat̄ cum subiungit. Non erit tibi āplius sol ad lucendū per diē nec splendor lune illuminabit te sed erit tibi dominus in lucem sempiternam et deus tuus in gloriam tuam et nō occidit vltra sol tuus et luna tua non minuetur. quia dominus erit in lucem semptemā Nam si de sole vel luna ꝓprie diceret hoc q̄dem quod dicit non erit tibi amplius sol ad lucēdū per diē nec splēdor lune illuminabit te illi quod supra dixerat contrarium ēēt: erit scilicet lux lune sicut lux solis et lux solis erit septēplr. Patet ergo q̄ de splendore et gloria fidei propheta sancte ecclesie hic loquitur quod ex consequentibus designatur cū subditur. sed erit tibi dominus in lucē semptern nam. et dominus deus tuus in gloriam tuā ac si diceret nequa q̄ vlterius lucc credulitatis vestre huius qui est simulis solis istr⁹ trāsitorij vel lune indigebitis fulgoribus. Gloria quippe lucis sue vos eternaliter illuminabit dominus. sed et quod sequitur non occidet vltra sol tuus et luna tua non minuetur si hoc in q̄ ita vt est intelligeretur. s. vt solis splendor ac lune foret continuus non eēt iā dies vel nox mensis vel annus que omnia solis et lune ꝓueniunt viassitudinibus ergo non est immerito de luce et gloria fidei nostre que nec minuetur nec occidet spiritualiter dictum intelligimus. hec ille. Nonus ꝓuersus bene locutus est. vel aliter ſm nicolaū de lyra dicendum ē q̄ loquitur prophete d̄ aduētu xp̄i ad iudiciū tūc mutabūt̄ et innouabūt̄ quodāmō corpa celestia. et tūc saluabitur vulnus populi et pressura plage ei⁹ quia destruetur mortalitas per peccatū primorum parentū inducta. quia omnes homines resurgent ad vitam immortalem. vtra q̄ expositio videtur necessaria vt perfectō gloric christianorum ostendat̄. s. in presenti quo ad primam et in futuro seculo quo ad secundam.

Contendit iudeus probare q̄ ihesus nō est verus messias quia in eius aduentu non est sublatum sceptrū ab israbel.

Onum mirabile accidit in ſupradicto regno caſtelle. anno a creatione mundi quinq̄ M'lo.lv. ſecundum computationem hebreorum. q̄ quidem ann⁹ concurrit cum anno domini Milleſi.ccxcv. In quo anno mortuus fuit rex ſancius filius regis Alfonſi et regnauit rex fernandus eius filius. Unde narrat magiſter alfonſus conuerſus in libro de bellis dei.c.xxvij. q̄ tempore ſupradicto ſurrexerunt duo iudei. qui p̄phete dicebantur. quorum vnus erat in ciuitate Abuleñ. et alius in villa que dicitur aylon: qui quidem duo tam magnalia loquebantur. et quandoq̄ futura prenoſticabant et occulta reuelabant. et ſecundum morem eorum honeſte viuebant q̄ ab omnibus iudeis iſtius regionis reputabantur ſancti p̄phete. Et exiuit eorum fama in regnis circumuicinis et dederunt ſecuritatem omnibus iudeis et aſſignauerunt eis terminum ſue redemptionis. Pro die aſſignato que fuit vltima dies quarti menſis ſupradicti anni qui apud eos dicitur ebamlim. In qua predixerunt q̄ iudei debebant habere a deo ſignum ſue redemptionis miraculoſe factum ſcilicet q̄ illa die audirent omēs vocem magnam cornu. quā vocem ipſi attēdebant ſemper q̄ debebant audire quomodo veniret meſſias et haberent exire a captiuitate et propter hanc magnam famam ceadit magnus timor ſuper iudeos. q̄ maior pars eorum credebat hoc ſine dubitatōe. Et ido ſanctificauerunt ſe et preparauerunt ſe. fecerunt̄q̄ penitentias in ieiunijs multis cū ſatiſfactionibus et elemoſynis. quaſi ad deum reuerſi orantes vt ſibi predictum ſignum ſue ſalutis oſtenderet. quando venit annus ille menſis et dies aſſignata valde mane ſurrexerunt venientes ad ſynagogas ſuas adorā, dum deum induti ſyndonibus albis lineis ſeu ſericas prout eſt mos apud eos fieri in die expiationis ſcz in die decima menſis ſeptimi. Et tunc altiſſimo deo cooperante qui nullum tempus ſine bonitatis ſue teſtimonio reliquit in ſuis domibus ſupradictis apparuerunt ſigna crucis in omnibus et vbicunq̄ erant etiam in illis ſyndonibus q̄ ſeruabantur in eorum apotecis. Quo ſigno viſo multi eorum fuerunt turbati quorum quidam dicebant q̄ hoc fuerat factum dyabolica arte et nimirum cum predeceſſores eorū de xp̄o maxima miracula facientes dicebant in beelzebub eiecit demonia: Mat.ix. Alij vero dubitabant non audētes loqui nec aliquid iudicare. Alij vero crediderunt hoc ſignum fuiſſe veri xp̄i crucifixi. et diſpoſuerūt ſe ad fidem cum baptiſmo recipiendā. Iſti fuerunt pauci. Juxta illud Dicre.iij.c. Aſſumam vos vnum de ciuitate et duos de congregatione. Saluator etiam de via que ducit ad paradiſum dicit et pauci inueniunt eam Matb.vij.ca. Que omnia large tradūtur a ſupradicto magiſtro Alfonſo. libro et capi. quibus ſupra. Qui exp̄dictis ſe aſſerit multa viduiſſe. et ideo teſtimoniū perhibet. Uñ in fine illius capituli narrat q̄ cum ipſe eſſz medicus. Aliqui predictorum petebant cōſilium medicine vt poſſent curari a predictis cogitationibus. quia credebant parētes eorum q̄ eis accederat ex aliqua infirmitate et debilitate cerebri. Dicit etiam q̄ multo tempore ipſe fuit in dubio quo ad iſtud ſignum ſed illumināte deo credidit iſtud ſignū fuiſſe verum et manifeſtum miraculum et cōuerſus eſt ad fidem xp̄i. Et ideo ſuper hoc in teſtimonium veritatis inuocat ſuper ſe teſtes celum et terram q̄ ipſe vidit omnia predicta eodem anno quo acciderant. De eodez etiā ſigno facit memoriam magiſter Johannes conuerſus in libro ſuo de concordia legū. tit. iij.ca.iij. dicit. n. ibi q̄ predictuz miraculū accidit in ſupradicto regno per. xl. ānos añ tempus ſuuz et querebat a iudeis qui remāſerant quomodo cum tanto ſigno poterant remanere in iudaiſmo. Et dicit q̄ reſpondebant ſibi quia rabini iudeorum illius tēporis publice predicabant illud illuſione dyaboli cē factum ad iudeoz deceptionez. et q̄

omnino vt prius in lege mosaica fortes permanerent. Et dicit vlterius q̄ quidam nunc̃ius pape suo tempore venit ad ptes istas qui cū hoc cognouisset p eū fecit notariū publicum scribi reuerentiā facta diligenti inq̄sitione. recepit eñ multos testes iudeos de visu licite vt decuit adiuratos qui pro certissimo hoc asserebant et dicit q̄ omnes alij iudei illius temporis confitebantur rei huius veritatem. Sequitur et de hoc facio omnib⁹ fidem certam. et iuro per nomen dei hec oīa predicti miraculi esse vera. De predicto etiaz miracolo dñs paulus burgeñ. epūs in suo dyalogo dicit supra ca. iiij. post multa que sup̄ dicta sunt dicit. Ego aūt lz nondū essem tempore istius signi natus. qui quidez termin⁹ precessit natiuitatem meam per. lx. annos fere. Testificor tamen coram deo hoc p̄dictuz signum modo predicto contigisse sepe et sepissime audiui ab antiquioribus iudeis nullo contradicente in tp̄o facto nisi solū in causa eius. quia quidam eorum attribuebant magice arti. quidam vero causam relinquebant sub dubio. Ego aūt quoq̄ mirabar. quomodo dñi illius temporis p̄sertim eccle sie prelati de hoc non fecerunt mentionez in suis hystorijs de quo tamen rationabiliter debuisset festuz imperpetuū celebrari ad honorem sancte crucis. Sed reuera hanc admirationez tollit a me excessiuus iudeoꝝ stat⁹ in illis temporibus tantū eñ locum habebant cum regibus et principibus terre tam ecclesiasticis q̄ secularibus q̄ hoc potuerūt cauillationibus suis impedire. hec ille. Ptz ergo testimonio p̄dictorum triū solennium testium predictum miraculum fore verum cū in ore duorum vel trium testiū ster omne verum teste scriptum. Non est dubiū quin plura alia miracula in alijs partibus orbis iudeis acciderint. propter que merito in cognitionez catholice fidei debuissent venire: Ipsi tamen magis indurantur in obstinata malicia. Sicut eñ ferrum per frequentē malleationem induratur sic et populus iudeorū p frequentia miracula ei ostensa. Unde de eis scriptū est Job. xli. Cor ei⁹ indurabit quasi lapis et stringet quasi malleatoris inc⁹. Siue ergo videāt miracula siue sentiāt castigationes et flagella nō p̄pterea cōuertuntur s in sua malicia obstinant: Diere. v. attriuisti eos et renuerunt accipere disciplinā. Nec mirum quia vt dicitur Eccle. vij. Nemo potest corrigere quem ille despexerit et sic patet tota decima consideratio que erat de iudeorū mirabilib⁹ et de sua obstinata malicia

* Ad hunc locum pertinet decimum mirabile, quod inuenitur in principio libri 4ti nem tabule.
Postea debet legi⁹ alterum mirabile quod in loco citato inuenietur et legatur primo et nu cupostea secundum mirabile.

De iudeorum obligatiōe ex iure canonico et ciuili ac ordinatione regia que octo articulis explicantur.

Decima consideratio est de iudeorum obligatione. Non enim videt rationabile q̄ gens viuens sine lege dei qualis est iudaica vt fuit ostēsum sup̄ libro. i. consideratione tercia. articulo sexto. puncto septimo. q̄ impopulo xp̄iano qui lege fruitur permutatur viuere sine alicuius legis freno. Ut ergo explicare possim conceptuz meū in presenti consideratōe. viij. occurrunt articuli declarandi. Primus est quare iudei permittūtur viuere inter xp̄ianos. Secundus que sūt illa que p̄mittunt iudeis de iure. Quartus in quibus xp̄iani non debēt cum iudeis conuersari Quint⁹ que sunt illa ad que iudei compelluntur de iure. Sextus de pena iudeorū blasphemantium nomen xp̄i vel attemptantiū subuertere baptizatos Septimus ad que astringuntur iudei ex regia ordinatione. Octauus qualis est status iudeorum in regno castelle.

Judei p̄mittuntur viuere inter xp̄ianos.

Primus articulus est scire quare iudei p̄mittuntur viuere inter xp̄ianos cum sint eorum inimici et tāquide liter se habeant circa ipsos vt supra ostensuz est consideratione septima. Potius. n. videtur q̄ deberent oīs occidi et expelli de mūdo. Dico ergo q̄ iudei p̄mittuntur viuere inter xp̄ianos et non occidunt p̄pter quinq̄: Primū est propter implecionez legis charitatis etc̄. Matb. v. Diligite inimicos vestros benefacite bis qui oderunt vos que lex nō videretur impleri si occiderentur. Secunduz est p̄pter fidei catholice confirmationem qz capsarij et librarij nostri sūt et firmus est testimonium ab aduersario datum. Si enim paganus non credit hoc esse verum ecce virgo concipiet et pariet filium etc̄. mittitur ad iudeum vt ab eo querat an ita sit scriptum. Terauum est propter diuine iustitie manife



stationem vt appareat et eorum pena q̄ rei sunt dominice passiōis. Sicut imprecati sūt eis dicentes: sanguis eius super nos et super filios nostros. quia multis tēporibus trāsactis curriculis culpa obliuione delata et a nullo mortaliū scīretur Sicq̄ et infamie ob probrium et maloꝝ euitaret periculū sicut et de multis contigit gentibus quorum gesta temporum sunt vetustate deleta. huius etiam rei signum precessit in cayn: in quo p̄pter hoc q̄ fratrem occidit posuit dominus in eo signum. scilicet tremorem capitis et nō occideretur sz ignosceretur ei. Unde Deuter. xxviij. Dabit tibi dominus cor pauidum et deficientes oculos et animam merore cōsūptam. Sic ergo iudei de morte xp̄i ihesu illata perhibent mundo testimonium. per hoc q̄ in captiuitatem eos detulit sempiternam sicut xp̄s in euangelio p̄testatur Job. viij. c. Qui credit in filium dei habet vitam eternā qui autem incredulus est filio non habebit vitam sz gratie. sed ira dei manet super eū. sz captiuitatis perpetue. Quartum est propter memoriam dominice passiōis: sicut scriptum est in ecclesiastico. xxix. gracia fideiussoris tui ne obliuiscaris. Sic ergo cum videmus iudeos faciliter trahimur in memoriā passionis xp̄i intuentes eos quorum patres xp̄m occiderunt. Ne ergo tantum beneficiū obliuioni tradamus permittuntur iudei viuere inter nos. Quintum est propter cōplendam p̄missionem. quia ad predicationem helie et enoch conuertentur in fine mūdi sic predixit Ysaias in. ca. viij. si fuerit populus israel quasi arena maris reliquie conuertent̄ Videbit em̄ deus quosdam de semine iudeorū in se creditуross atq̄ saluādos. et ideo propter eos noluit disperdere omnino eorū stirpem sicut dixit Ysaias. quomodo si inueniatur granum in botro et dicatur ne dissipes illud quoniam benedictio est sic faciā propter seruos meos vt non disperdā totū.

Sequitur de conseruatione.

Secundus articulus est videre que sunt illa in quibus iudei debent cōseruari ne damnum patiatur a xp̄ianis. Dico ergo q̄. vij. sūt illa que iudeis ex iure canonico et ciuili permittuntur. Primū permittitur eis q̄ teneant ntus suos extra contemptum xp̄iane legis amissuri sine dubio permissa nisi ab illicitis cessauerint. sic patet. C. de iudeis. l. iudeos. Idez patet extra eo. ca. iudei. et. cap. consuluit. et di. xlv. q̄ sincera. in fine. Secundum est q̄ in synagogis eorum nemo bospitetur sicut ptz eo. ti. l. synagoga. Tercium est q̄ iudei habent licentiam fulciendi veteres synagogas. vt patet eo. ti. l. fi. sic tamē permittuntur iudei antiquas synagogas reficere dum tm̄ nō ampliores vel preciosiores solito faciant. sicut patet extra. c. eo. iudei. ij. c. cōsuluit. Quartum est q̄ iudeus non debet iniuriam pati a xp̄ianis nec eorum synagoge vel habitationes sine ratione ledi debent aut concremari. vt patet. C. ti. de iudeis. l. nullus. Itē iudei obedientes non sunt a xp̄ianis molestandi xxiij. q. viij. dispar. Quintum q̄ die sabbati nullus iudeus debeat conuenīn nec xp̄iani etiam a iudei debent conueniri sed nec in alijs festiuitatibus suis debent turbari nec sepulchra eorū obtentu forte pecunie efodi. vt patet ti. eo. l. die sabbati: et extra eo. ti. ca. sicut iudei. §. i. et. ij. Sextum permittitur iudeis vendere sua sicut xp̄ianis. vt patet eo. ti. l. nemo. Septimum est q̄ non compellantur venire ad fidem catholicam. quia si sincera intentione extraneos a xp̄iana religiōe ad fidem capiunt rectam adducere blandimentis debent non aspentantibus studere ne quorum mentem a plano reddita ratio prouocare poterat pellat procul aduersitas patent hec. di. xlv. qui sincera. et. c. de iudeis.

De. xiij. que iudeis non permittuntur vti

Tercius articulus est que sunt illa q̄ iudeis nō permittūtur dico q̄. xiij. Primum est q̄ non insolescant nec quaq̄ p̄ceptes in xp̄ianam reuerentiam vltionis admittant. sicut patet. C. de iudeis l. nullus. Secundum est q̄ non diffiniuntur eorum iudicia per suos seniores. sed per iudices publicos xp̄ianorum. possunt tamen arbitros eligere etiam iudeos cuius sententiam ordinarius exequitur. sicut patet codē ti. l. iudei. Tercium est q̄ non permittuntur iudeis accusatio nec testificatio contra christianos cum in accusatione equalitas fidei et conuersationis inter accusantem et accusatū semper sit consideranda. vt is qui accusat vt

per. vel superior inueniatur. ij. q. vij. non ꝑt et ca. sequenti. Quartū ꝙ debet rescindi qꝫ cunqꝫ priuilegium quod eximat eos ab exactionibus publicis. vt patet eo. ti. l. tussio: Quintum est ꝙ non permittuntur nouas synagogas fabricare. et qui synagogaꝫ nouā extruxerit punitur pena. l. librarum. et synagoga applicatur ecclie catholice. vt patet eo. ti. l. fi. patet etiam extra eo. iudei. et. capitu. cōsuluit. et ponit lex regni ꝙ applicaꝫ eccl'ie maiori illius loci vbi edificata est. Sextuꝫ ē ꝙ in diebus lamentatōnis et dominice passionis non debent ornari in publico ꝓdire. extra eo. nonnullas. Septimuꝫ est ꝙ in die pascues non habeant ostia vel fenestra apertas. extra eo. qꝛ sup bis. Octauū est ne xp̄ianum mancipiū possidant vel arcūcidāt nec pōt quocunqꝫ titulo. s. emptōnis seu donationis vel hereditatis seruū xp̄ianum cōsequi Et iudeus q̄ mancipiuꝫ xp̄ianū habuerit et eum arcūciderit capite puniat et seruus liberari donatur. Dec patent. C. de iudeis. l. ne xp̄ianū. et di. liij. mācipia. et ibi cā. s. ne xp̄iana religio iudeis subiecta polluatur. de conse. di. iiij. plerunqꝫ. sed nunquid aliquo modo licitum est xp̄ianis vt seruiāt iudeis. Rñdit Hosti. ꝙ cū ꝓhibitū sit vt nulluꝫ mācipium seruiat iudeis multomin⁹ liberi xp̄iani eis seruire debent. non. n. debent esse assidue intra domum iudei nec tam ꝙ famula. aut nutrix aut obstetrix Alis ipsi xp̄iani si ab eis discedere noluerint debent excōicari extra eo. iudei. et. c. ad hoc. et. c. si iudeos. Si autem iudei nolunt eos dimittere ꝓhibetur fidelib⁹ cōmercium cū eis. vt in. d. c. et si iudeos. in fi. sed extra domū ꝑñt eis seruicia fieri. Unō ꝑñt hr̄e colonos xp̄ianos. extra eo. multoꝫ. Nonū ē ꝙ nō ꝑmittuntur saxis vel alio furoris genere attēptare aliquē qui eoꝫ fugerit secta alis ꝓtrafacēs cōcremāduſ ē cū oībus suis ꝓpinquis. vt ptꝫ eo. ti. l. et cetera. Decimū ē ꝙ nō ꝑmittūt arcūcidere xp̄ianos et cōtrafacētes ꝑsequtōe bonoꝫ et ꝑpetuo exilio damnant. vt ptꝫ eo. ti. l. iudei. Undecimū ē ꝙ nō ꝑmittunt inter xp̄ianos hr̄e officia publica ne occasionē habeāt sēmēdi. di. liij. nulla. et. xvij. q. iij. ꝑstituit. et sacrilegū cōmittit q̄ eos talia officia publice agere ꝑmittit. Ibidē. ꝙ si iudeus talia officia recepit debet et denegari xp̄ianoꝫ cōtio donec quicqd acepit rōne officij sm ꝓuidē ciam dyocesani cōuertat in vsus pauperꝫ et ipe officiū dimittat. et intelligit sm thomā quo ad dignitates de nouo acq̄sitas secus de dñio ꝑ existēti qꝛ illō quēcqꝫ tolerat eccla ꝓpter scādalū vitādū sed ordinaria auctoritate tollere posset sicut tollit in seruis. Duodecimū est ꝙ nō habeāt nutrices xp̄ianos. Un diat ex. eo. c, et si iudeos. Accepim⁹ etiaꝫ ꝙ iudei faciunt xp̄ianas filioꝫ suoꝫ nutrices. et ꝙ nō tm̄ dicere. sed etiā nephādū est cogitare cū in die resurrctōis dñice illas recipe corp⁹ et sāguinē xp̄i ꝓtingit ꝑ triduū ante ꝙ illos lactent ꝙ lac māmillaꝫ effudere faciūt in latrinaꝫ. Alia insup cōtra fidē catholicam de testabilia et in audita cōmittunt. ꝓpter que fidelibus est ferendum ne diuinam indignationem incurrunt cum eos ꝓpetrare patiuntur indigne que fidei nre cōfusionem inducunt. et infra Inhibemus ergo districte ne decetero nutrices bñt vel seruientes xp̄ianos ne filij libere filijs famulentur ancille, sed tanq̄ seruitia dño reprobatu in cuius mortem neqter iurarunt se saltem ꝑ effectuꝫ operis recognoscant seruos illoruꝫ quos christi moꝛs liberos et illos seruos efficat. et infra Si vero nutrices et seruientes nō dimiserint christianas sub excōicationis pena inhibeatis districte omnibus xp̄ianis ne cuꝫ eis aliquid cōmeraum audeant exercere: Tredecimum est ꝙ non ꝑmittitur iudeo habitare cū vxore fideli nisi efficiatur xp̄ianus. et filij eorum debent sequi fidem et ꝓditionem mris fidelis. Silr illi q̄ ꝓcreati sunt de infidelib⁹ mulieribus et fidelib⁹ viris xp̄ianaꝫ sequūtur religionem nō iudaicaꝫ superstitionēꝫ. ptꝫ xxviij. q. i. c. iudei.

De his in quibus xp̄iani cum iudeis nō debent conuersari.

Uartus articulus est videre que sūt illa in quib⁹ xp̄iani cum iudeis nō debent cōuersari. Dico ꝙ de iudeis tribus non debent secū conuersari. Primuꝫ est. ꝙ non debent cū eis comedere aut eos ī cōuiuia recipere neqꝫ cum eis cohabitare cū apud xp̄ianos cōibus abis nō vtantur. Indignum atqꝫ sacrilegū est eoꝫ cibos a xp̄ianis sumi cū ea que ap'lo ꝑmittēte nos sumimus ab illis videtur immūda. Ac si inferiores eē inapiant xp̄iani ꝙ iudei si nos q̄ ab

filis apponuntur vtamur. Illi vero a nobis oblata contemnant.xxviij.q.i.nullus.et.c. omnes. Dicit tamen glo.in dicto.c.nullus. q̄ pōt aliq̄s ab eis emere alimēta et postea p̄parare. Secundū est q̄ infirmi x̄piani nō debēt in suis infirmitatibus vocare iudeos nec ab eis recipere medicinas nec se cum eis in eisdem balneis balneare.xxviij.q.i.nullus.et.c.oēs . Tercius est q̄ nemo potest cōgregationi iudeorum seu alicui iudeo vel pagano aliquid relinquere in testamento et si fecerit etiam post mortem iudicabitur anathema.extra bere.si quis cp̄s.xxvij.q.ij.sane.et videtur intelligēdū secundū volbelmū nisi legauerit ad succurrendum necessitati. Quartum q̄ x̄pianus vel x̄piana iudaice prauitati carnaliter non conjūgatur alias a communione ecclesie segregentur. xxviij.q. i.caue.et.c.si quis iudaice. Et si queras que sit pena p̄cipantiū cum iudeis cōtra casus nunc dictos Respodetur sc̄z Ray.q̄ si debita sint et admoniti satisfacere et emendare nolunt debent priuari officio et b̄ficio. Si lata sunt vt puta p̄nape qui nolunt exeq̄ predicta. Siue alij qui aliqua impedimēta afferunt et admoniti non satisfecerint debēt excomunicari.xxviij.q.i.null⁹. Si vero sūt iudei tamdiu sunt x̄piani ab illoq̄ cōione et ꝓmercio separandi sub pena excōicationis donec illi emēdauerint et satisfecerint.vt p̄z extra codē ca.et si iudeos.in fi.et extra de cā. ca.de cens et.extra de vsuris.cū tu. Quintus est q̄ iudei conuersi ad fidem nullam cōmunionem habeant cum alijs iudeis.xxviij.q. sepe. Unde dicitur sepe ibi malorū consortia etiam bonos corrumpunt quātomagis eos qui ad vicia proni sūt. Nulla ergo vltra communio sit debeas ad fidem x̄pianā trāslatus cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt ne forte eorum participatione subuertantur. Quicūq̄ ergo āmodo ex his qui baptizati sunt in fidelium.consortio non vtraueriut et si x̄piani donentur et illi publicis edibus deputentur. Sextum est q̄ iudeoꝝ filij vel filie conuersi ad fidem separari dēt a consortio parentum ne eorum inuoluent erroribus et debēt deputari monasterijs vl' x̄pianis mulieribus vins deum timentib⁹ vt sub eorum conuersatōne cultū fidei discāt ac melius instituti tam in moribus q̄ in fide p̄ficiant.vt p̄z.xxviij.q.i.iudeorum.

Que sunt illa ad que compelluntur iudei de iure.

Uintus articulus est scire in quibus iudei de iure compellūtur. Sciēdum ergo q̄ in quinq̄ debent compelli iudei. Primū est q̄ iudei a fide apostatantes coguntur ad eam redire etiā si vi vl' necessitate fidē susceperūt ne nomen dñi blasphemetur et fides quam susceperunt.di.xlv.de iudeis.et de conse.di.iiij.plerūq̄. Sed oriunt̄ hic tres difficultates. Prima est si tales qua cunq̄ pena dānati fuerint vtrum a rebus eorum fideles filij excludantur. Dico q̄ nō q̄ scriptum est filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filij i.q.iij.iudei. Secunda difficultas est qualiter est procedendum cōtra x̄pianos qui fiūt iudei. Dico q̄ procedendum est contra eos sicut contra hereticos et eorū fautores.extra eo.ca.cōtra.li.vi. Et intelligitur secūdū glo. siue sint transeuntes siue redeūtes ad iudaismum.vocat transeūtes illos qui nunq̄ fuerunt iudei. Redeuntes vero qui prius fuerunt iudei et postea facti sunt x̄piani. Tercia difficultas est quia videtur eis fieri iniuria si coacti recepent baptismū q̄ redeant. Rñdetur q̄ si talis coactio fuit conditionalis puta per minas vel per rerum suarum ablationem vel per verbera et hmōi receperūt baptismum compellendi sunt vt dictum est. vt patet in predictis capitulis. Si vero fuerunt absolute coacti vt si per violentiam in aquā mersi sunt tales non receperunt baptismum vt patet extra de bap.maiores.et concordat thomas.ij.sc̄e.que.iij. et etiam Hostien. Secundum est q̄ iunt cogendi iudei ad decimas persoluādas. Intelligendū tamē q̄ decime sunt duplices. quedam p̄sonales et has non tenentur soluere iudei cum non recipiant ecclesiastica sacramenta nec audiant diuina.immo nec sunt de corpore ecclesie.ff. de cēsi.l.formā. §.si vero quis. Alie sūt p̄diales et hos tenent̄ soluere.extra eo.de tens.vñ dicit ibidē de terris quas iudei colūt tue prudentie remittim⁹.vt eos ad decimas soluēdas vel possessiones penit⁹ renūcian das cū omni districtione cōpellat ne forte occasione illa eccl'ie valeant suo iure fraudari. et ibi expresse dicit glo.hoc nō est intelligendum de p̄sonalibus quia nō sunt de corpo

re ecclie sed de predialibus Quid si iudei oc
cupant aliquā totā prochiā emēdo que xpi
ani solebāt possideri. nunqd pōt eccl'ia hac
occasione petere aliquid ab eis. Respondeť
q̄ petere pōt et soluere tenenť decimas pre/
diales. et omnes census siue prestatōes siue
oblationes reales quas xpiani de domib⁹
et possessionibus soluere tenebanť. extra de
vsu. quanto. Sed secus est de decimis et ob
lationibus psonalibus vt dictum est. Teraū
est q̄ coguntur iudei xpianos testes recipere
contra se. extra de testi. iudei. sed iudeus nō
potest ferre testimoniū contra xpianū. vt ibi
dem et patuit supra articulo. iij. Quartū est
q̄ cogendi sunt talem habitū continue dif/
ferre q̄ manifeste ab alijs distigantur. extra
eo. in nōnullis. Unde dicitur ibidem. in nō
nullis prouincijs a xpianis iudeos seu sara
cenos habitus distinguit diuersitas. sed in
quibusdam sic conualuit quedā cōfusio vt
nulla differentia discernatur. Unde cōtingit
interdū q̄ per errorem xpiani iudeorū seu sa
racenorum. et iudei seu saraceni xpianorum
mulieribus cōmiscentur. Ne ergo tamdāna
te cōmixtionis excessus per velamen erroris
hmōi vlterius excusatiōis possit habere dif/
fugium. Statuimus vt tales vtriusq̄ sexus
in omni xpianorum prouincia et omniū tē/
porum qualitate habitus ab alijs personis
distinguantur. Quintum est q̄ cogen/
di sunt iudei ad vsuras restituandas. ex/
tra de vsuris. post miserabilem. scriptum est
iudeos ad remittendas xpianis vsuras per
principes et potestates cōpelli. precipimus
seculares et donec eis remiserint ab vniuer
sis xpi fidelib⁹ tā in mercimonijs q̄ in alijs
per excōmunicationis sententiam eis iube/
mus cōtionem oiodam denegari. vide supra
de ista materia. vij. consideratione crudelita
te. xvij. Et si queras vtrum liceat dñis terra
rum exactiones facere in iudeis. Respōdeť
scōm Thomaz in quadam litera ad quādā
duxissaz missa q̄ quis iudei pm ura meri/
to culpe sue seruituti sunt addicti et sic coz res
dñi possint accipe tā q̄ sue ita tñ nōvt subtra
hanť necessaria vite qz tñ oportet nos ābu/
lare honeste etiā ad eos q̄ foris sūt ne nomē
dei blasphemeť hoc fuādū videť vt exactio
nib⁹ pter quas facere cōsueuerūt nullaten⁹
pgrauenť sz ad psuetas cogi pñt. Sz quid si
iudei nihil hñt nisi vsuras an restituent ea
que accepta fuerūt ab eis. Rñdeť scōm tho
maz in pdicta litera q̄ cum ea que iudei per
vsuram extorserunt nō possint licite retinere
cōsequens est vt si vos illa ab eis receptis
nec licite retinere potestis nisi forsā essent ta
lia que a vobis vel antecessorib⁹ vris bacte
nus extorsissent. Si que vero habent que
extorserunt ab alijs dñt restitui illis quib⁹
iudei restituere tenebanť si inueniunť. Alio
quin in pios vsus scōm cōsilium dyocesani
et aliorum pboz vel in cōmunem vtilitatez
terre si necesse est expendātur. nec esset licitū
si vos de nouo exaderitis illam a iudeis ser
uata tamen cōsuetudine predecessoz vestro/
rum ac intentione vt in pios vsus expende/
rentur. Sed nunquid licet recipere donā vel
precum laboris et hmōi a iudeis vsurarijs
Rñdetur secundum voilbelmuz q̄ si iude⁹
habet aliquid aliud q̄ vsuras pōt accipi ab
eo. Si vero nihil habet pter vsuras. tūc aut
recipiens certat de damno suo vitando et sic
accipiendo non peccat. sicut qui a fure vel la
trone damnificatus est. puta per incendium
et hmōi non peccaret si recuperaret ab eo dā
num suum licet ipse fur vel latro nihil habe
ret nisi quod esset acquisitum de furto vel
rapina: dum tamen non recaperet pro dam/
no suo in specie ipsas res alienas. Addit
thomas in pdicta epistola q̄ iude⁹ si vltro
conferat pecuniam vel exeniū expedit reci/
pere vt pecunia sic recepta addať bis quib⁹
de iure debetur seu alijs vt dictum est.

Seq̄ť de pena iudeoz blasphemātiū nomē
christi vel attēptānū subuertere baptizatos.

Extus articulus est scire qua pena
sunt feriendi iudei blasphemantes
nomen xpi vel attemptātes subuer
tere baptizatos Ad primū respondetur pm
Hosti. q̄ omnis talis scōm leges decapitaď
etiam xpianus. Unde principes seculares
iudeos xpm blasphemantes grauiter debēt
cum pena pecuniaria siue etiam grauiori ex
tra eo. in nonnullis in fi. vbi sic habetur. Il
lud aūt strictissime iubemus ne in contume
liam creatoris prosilire presumant. Et qm̄
illius dissimulare non debemus obprobriū
qui probra nostra deleuit: precipimus pre/
sumptores hmōi per principes seculares cō
digne animaduersionis adictione cōpelli.

ne crucifixum pro nobis aliquantulū blas/ phemare presumant. Ad secundū dicitur q̄ iude⁹ qui nititur subuertere baptizatos ꝺz publicis flagelatiōibus deputari. xxviij. q. i. sepe. Ita tamen q̄ hec pena non trāseat in vindictam sanguinis quia talis pena re/ linquenda est brachio seculari.

Ad que astringūtur iudei ex regia siue re gali ordinatione.

Septimus articulus est de bis ad q̄ tenentur iudei ex regia ordinatione. Est notum legenti hystorias hyspa nie q̄ rex hēricus secūdus frater regis petri qui regnuz fratris habuit multas cedes seu stragas in iudeos fecit. taz in vrbe toletano q̄ in multis alijs villis et castris in confi/ nibus regni castelle existentibus. Et cū hu/ iusmodi rex henricus secundus regnauit regno accepto a fratre suo petro. Ipse insti/ tuit in curijs generalibus q̄ iudei portarent signuz distinctionis in suis vestibus prout iura canonica volunt. q̄ tamen nunq̄ fuit auditum in hyspania. Sed indistincte cuz fi/ delibus conuersabāntur. ex quo multa enor/ mia et diuine legi diffoꝛmia sequebantur. Consequenter rex iohannes primus felicis recordatōnis filius predicti regis henrici se cundi instituit: q̄ iudei nulla haberent offi/ cia publica nec iurisdictōnes etiaz inter seip sos in criminalibus exercent. qua quidez iu risdictōne alias maxime abutebantur post quam sez regem iohannez regnauit rex hen ricus teraius sancte memorie filius ei⁹ in an no. xi. etatis sue in cui⁹ regis principio de⁹ vltionem sanguinis xp̄i. excitante multitu/ do populorum magna et valida contra iu/ deos surrexit et q̄plurimi fuerunt interfecti per totam hyspaniam. Quiquidem tumul/ tus incepit a ciuitate hyspalensi. In cuius ecclesia metropolitana quidam dyaconus in literatura simples et laudabilis vite ce/ pit predicare contra errores iudeoruz et mo/ dos viuendi eoꝝ enormes: et cōtra synа/ gogas eoꝝ nouiter contra sacroruz cano num tenorem edificatas: ex quo supradict⁹ tumultus incepit. et consequenter in breuissi mo tempore per totam hyspaniaz et vsq̄ vl tra pyreneos et insulas maioꝛitarum et sar/ dine velocissime euolauit Deus autem qui a deo bonus est vt ex malis eliciat bona sic disposuit q̄ hac vexatione currente et etiam post ipsius sedationem nonnulli iudeorum ad coꝛ suum reuersi. Dixerunt illud deutro. xxxi. capitulo. vere quia non est mecum de⁹ inuenerunt me hec mala et sic vexatione du rante intellectum auditui scripturas ceperūt scrutari. Et ideo illuminante errorem suum cognouerunt sic q̄ ad deum conuersi nomē christi public et deuote predicantes multo rum coꝛda filiorum ad patres deo dirigente conuerterunt que omnia in his regionibus manifesta sunt. Post predictum vero rege⁹ henricum teraum sancte recordationis pre/ cessit seruissimus rex iohannes filius eius. Iste cepit regnare in cunabulis cum esset in secundo anno etatis sue. et sic fuit sub tutoꝛi bus vsq̄ ad tempus prefinitum ad patre. In cuius tempoꝛe tam durante tutela q̄ p⁹ cum iam regimen suoꝝ regnoruz accepit multa fuerunt instituta contra iudaicam im pietatez que in suis curijs et regnis pro ma ioꝛi parte seruabantur que quia digna sunt memoria pro iudeoꝝ insolentijs compri mendis. dignum duxi literam eius publicā in qua. xxiij. ordinationes continentur pre senti opere foꝛe inserendam cuius tenoꝛ ta/ lis est. Dominus Iohannes dei gratia rex castelle legionis Tolet. galecie. hyspalis curdue. morcie. cubemi. algarbie. algezire. dominusq̄ viscaye. et moline. Cuz omnis rex vel princeps qui regnauit et dominatur: predictum habet dominium singulare quia est electus a deo ad regendum et ministran/ dum suuz populum. q̄ tomagis regibus et principibus catholicis in sancta fide catho/ lica pertinet et attēdere debēt ac querere me/ lioꝛem viam possibilem inuenire vt christia ni qui sunt credentes in sancta fide catholi/ ca non incident in errorem ꝓpter participa/ tionem et conuersationem cum infidelibus q̄ nō credūt nec obediunt dño nro ihesu xpo nec sunt in sua sancta fide catholica debēt a mouere et ꝓpellere omnē occasionez que in eo euenire potest propter id quod dictuz est. Et ego cognoscēs oia supdicta et q̄ in meis regnis et dnijs sunt multi iudei et iudee. et saracen et saracene infideles et q̄ bitāt inter xpianos et in vnū quersant et ide nascebāt aliq̄ errores ꝑ fidē catholicā. et q̄ posset ad hoc ardoꝛe ipostex dāna bis q̄ sct ꝺ ꝓpꝛio meo cyt

* Johannis Regis mandeos decernuz. et saracenos.

tollerē et segregarem predictos christianos populi mei ab omni occasiōe et zyzania. et vt obseruentur ea que precepit sancta mater ecclesia est voluntas mea dominum ordi/nare super omnia predicta. et ordino et mā/do ac pro bono teneo q̄ seruetur nunc et de/inceps in modo qui vlterius sequitur.

De eo q̄ iudei viuant segregati a christi fidelibus.

Prima ordinatio est q̄ decetero om nes iudei et iudee. saraceni et sara/cene meorum regnorum et dominio rum sint et viuant segregati a xp̄ianis. in boc loco vno vel parte ciuitatis ville vel loci vbi fuerint conuicini et q̄ sint circūdati vno mu ro in gyrum et habeat solum vnam portā p̄ quā in talī circulo ingrediāt̄ et egrediāt̄ Et q̄ i p̄dicto situ et circulo eis sic assignato ba bitent tales iudei et iudee. saraceni et sara/cene et non in alio loco vel domo extra eum. et q̄ incipiant statim segregari a die qua eis fuerint assignata predicta loca vsq̄ ad octo dies primos sequentes. Et quicunq̄ iude⁹ vel iudea saracenus vel saracena extra predi ctum circulum habitauerit ipso facto perdat omnia bona sua. Et vltra boc q̄ corpus ta lis iudei vl' iudee. saraceni vl' saracene sit ad mercedem meam vt detur eis pena corpora lis pro eodem secundū q̄ merces mea fuerit

De eo q̄ iudei vel iudee saraceni vel sa/racene non sint apothecarij vel speciarij seu medici et cetera. *et vide fol. 130. col. 2.*

Secūda ordinatio est q̄ nullus nec aliquis iudeus vel iudea saracenus vel saracena sint speciarij nec apo/thecarij nec cirurgia nec medici. nec vendāt panem nec vinum nec farinam nec ole/um nec butyrum. nec aliquid aliud come/stibile xp̄ianis. nec̄ a xp̄ianis habeant sta/tionem. nec apothecam nec mensam in pu/blico nec in occulto ad vendendum aliquez cibum comestibilem. Et quicunq̄ iude⁹ vl' iudea saracenus vel saracena contra predi/cta fecerit pro qualibz vice cadat in pena du orum milium morabetinorum. et vltra boc q̄ eorum corpora sint ad mercedem meam vt precipiam eis dari penam corporalem se cūdū q̄ bn̄ visū fuit et mee mercedi placuerit

q̄ volentes batizari non detineantur vl' impediantur.

Tercia ordinatio est q̄ si aliquis iu deus vel iudea saracenus vel sara/cena inspiratione spiritus sancti vo/luerint baptizari et transire ad nostram san/ctam fidem catholicam q̄ non detineāt̄ nec impediātur vi. vel alio modo. ita tamen q̄ non conuertantur per iudeos vel per sarace nos. nec per christianos vtriusq̄ sexus licet sit pater vel mater seu quecūq̄ alia persona sui generis vel alicuius. et quicūq̄ p̄ra hoc venerit vel contrarium fecerit procedetur cō tra eas ad maiores penas. sic in ciuilibus si cut in criminalibus que secōm ius inuenient

q̄ iudei non comedant inter christianos nec saraceni.

Quarta ordinatio est q̄ nullus nec aliquis iudeus vel iudea saracen⁹ nec saracena in domibus suis nec extra eas comedant nec bibant nec inter christianos nec inter christianas. Item q̄ nec iudei nec iudee nec saraceni nec sa/racene teneant scutiferos. nec seruitores. nec pueros nec puellas xp̄ianos et christianas vt eis seruitū et preceptum nec aliq̄d aliud opus in domibus suis. nec adiuuent illos ad preparendum comestibilia. nec vt faciāt eis aliquod opus in sabbato sicut incende/re ignez. ire pro vino vel similia seruitia nec habeant nutrices christianos que nutriant filios eorum nec habeant agricultores. ne ortbolanos nec pastores nec venient nec va dant ad bonores nec ad nuptias. nec ad se/pulturas christianorum nec fiant compatres vel commatres christianorum: nec christiani nec christiane illorum. nec eant ad suas nu ptias vel sepulturas nec habeant conuersa/tionem insimul in bis que dicta sunt sub pe na duorum miliū morabetinorum p̄ qua libet vice. qui p̄ra ea que dicta sunt vl' aliq̄d illorum venerint et fecerint iudei et iudee sa raceni et saracene penam istam soluent.

q̄ nullus eorum recipiat redditus regis

Quinta ordinatio est q̄ nullus nec aliquis iudeus nec iudea saracen⁹ nec saracena sit arrēdatores nec ꝓcuratores. nec almoxarifes. nec maior deū nec receptores meorum reddituum nec alterius domini nec domine xp̄iani nec xpiane. nec utentur predictis officijs nec aliquibus eorꝫ pro xp̄ianis utriusq̄ sexus nec inter eos nec sint cursores nec cursatrices. nec theolonarij nec theolonatrices. nec portent aliqua arma predicti iudei et saraceni. nec aliquis eorum per ciuitates villas et loca. et quicūq̄ iude⁹ et iudea saracenus et saracena qui cōtra hec venent contrarium faciendo vel contra aliquid eorum ꝙ soluat in penam pro qualibet vice duo milia morabetinorum. xp̄ianus vero vel xp̄iana cuiuscūq̄ status fuerit quem habuerit iudeum vel iudeam saracenum vl̄ saracenaꝫ vt utatur predictis officijs vel aliquo eorum q̄ soluat ipso facto pro qualibꝫ vice predictam penam.

Q̄ non habeant foros ad vendenduꝫ res nec plateas.

Sexta ordinatio est q̄ nullus nec aliquis iudeus vel saracen⁹ habeāt in suis locis vijs et habitationib⁹ plateas nec foros ad vendendū nec ad emēdum aliqua comestibilia vel potabilia christianis utriusq̄ sexus sub pena quingentorꝫ morabetinorum pro qualibet vice cuilibet eorum. possint tamen tenere vendere et teneant et vendant pro seipsis in aculis vbi habitauerint.

Q̄ non habeāt iudices inter se.

Septima ordinatio est q̄ alianie iudeorum et saracenorꝫ meorum regnorum et dominiorum non possint habere nec habeant iudices iudeos nec saracenos inter se vt deliberent iudicia eorum ciuilia et criminalia que accidūt inter iudeos et iudeas saracenos et saracenas et reuoco eis quancūq̄ potestatem q̄ a me vel antecessoribus meis habent per priuilegium in dicta ratione vel alio modo et do illud pro nullo et mando q̄ liberentur decetero talia placita vel iudicia tam ciuilia q̄ criminalia inter iudeos et iudeas saracenos et saracenas q̄ pretores ciuitatum villarum et locorum vbi habitauerunt Ueruntamen est merces mea q̄ tales pretores obseruent in liberatione placitorum ciuilium. mores et ordinationes que vsq̄ nunc obseruauerunt inter se iudei et saraceni tantum. q̄ appareant probate et certe per eos ex longo tempore vsq̄ nunc.

Q̄ neq̄ iudei neq̄ saraceni faciant tributa inter se nec nouā impositionem.

Octaua ordinatio est q̄ nulla alia nia nec communitas iudeorum et iudearum saracenorum et saracenarum audeat ponere nec ponat talia nec tributum aliquod inter se nec ponant aliquaꝫ impositionem in quacunq̄ re sine mea licencia et mandato et domine mee regine matris mee et infantis auunculi mei qui sunt tutores et rectores regnorum meorum. Et si aliqua data est regula predictis iudeis et saracenis vel alique impositiones fuerunt vel fuerint posite in predicta ratione. tam in communi q̄ in personis singularibus. vel in cibis vel in mercantijs seu alio quouis modo sic per iudices suos sicut per illorum quemlibet dato q̄ teneant priuilegium vel priuilegia literam vel literas regum meorū predecessorum vel a me vt illud possint facere q̄ decetero non teneantur soluere nec soluant tales impositiones nec aliquas illarum. quia ego ex mea regia potestate reuoco quecunq̄ priuilegia que in predicta ratione eis fuerunt data inquantum attinet ad hoc q̄ dictum est. Et mando predictis iudeis et saracenis utriusq̄ sexus q̄ non utantur illis sub pena corporum et omniuꝫ que habent. Et similiter mando iudeis et saracenis utriusq̄ sex⁹ et cuilibꝫ eorꝫ q̄ n̄ ꝓmbuāt nec soluant in talib⁹ impositionibus que sic eis fuerint imposite sicut dictum est sine licēcia et mandato expresse pro eo dato.

Q̄ non diuidant aliquod tributuꝫ vel impositionem nouam sine speciali licentia.

Nona ordinatio est q̄ nulla alianie nec ꝯmunitas iudeorꝫ et saracenorꝫ audeāt inter se diuidere nec diuidāt tributū

aliquod. vel impositiones sine mea licentia et mandato et cum aliquod tributum babuerint diuidere pro seruitio meo q̄ diuidant inter se illud quod ego eis mādauero et nō vltra. Et si aliquod vltra imposuerit vel diuulserint q̄ illi qui talia fecerint vel fuerint in collocutione vel eius consilio. q̄ ipso facto perdant omnia bona et pro eo occidantur p iusticiam.

q̄ non audeāt visitare infirmos xp̄ianos medicinam siue syrups dando.

Decima ordinatio est q̄ null⁹ iude⁹ nec iudea saracen⁹ nec saracena audeant visitare xp̄ianum vel christianam in suis infirmitatibus nec dent eis medicinas nec syrupas nec balneantur in vno balneo predicti iudei nec saraceni cum dictis christianis nec p̄dicte iudee nec saracene cum dictis feminis xp̄ianis. nec mittant eis presentationes foualdrarum nec specierum nec panis cocti nec vini nec auium mortuarum nec aliarum camium mortuarum que sunt comestibilia. Et quicunq; hoc fecerit contra ium vel fuerit iudeus vel iudea saracenus vel saracena. soluat pro qualibet vice trecentos morabetinos.

q̄ nulla mulier christiana ingrediatur circulum iudeorum.

Undecima ordinatio est q̄ nulla nec alliqua christiana vxorata vel soluta vl amicata seu mulier publica audeat ingredi intra circulum vbi predicti iudei habitauerit de nocte nec de die. Et quecunq; mulier xp̄iana intus intrauerit si fuerit vxorata. q̄ soluat pro qualibet vice qua in predicto circulo intrauerit centum morabetinos et si fuerit soluta vel amicata q̄ perdat rupem qua fuerat induta Et si fuerit mulier publica q̄ dentur ei centum flagella per iusticiam et sit expulsa a ciuitate villa seu loco vnde venerit.

q̄ nullus eor̄ vocetur suo nomine don. iudeus vel saracenus.

Duodecima ordinatio est q̄ nullus iudeus nec iudea saracenus nec saraceua decetero vocetur suo nomine dō. scripto nec verbo et si quis cōtrariū fecerit dent ei pro qualibet vice centum flagella.

q̄ non ducant capirotes.

Decimatercia ordinatio est q̄ null⁹ nec aliquis iudeus meorum regnorum ab hodie in. x. diebus decetero ducat capirotes cum cbijs lōgis nisi q̄ sint cbie cute ad quantitatez palmi facte ad modum cornu vel ad modum embudij cōsute omnes circunquaq; vsq; ad punctam. Item q̄ ducāt semper rupas suas tabargia cum aletis et q̄ non ducant mantones et q̄ ducant sua signa rubea cōsueta que nūc ducant sub pena q̄ perdant rupas quas babuerint indutas.

q̄ mulieres eorū ducāt lōgos mātellos.

Decimaquarta ordinatio est q̄ oēs iudee et saracene meorum regnorū et dominiorum a predictis. x. diebus in antea ducant mātellos magnos vsq; ad pedes absq; cendalibus et penis. et velamina capitum sine auro et q̄ ducant capita cooperta cum predictis mantellis duplicatis. Et quecunq; contrarium fecerit ipso facto pro qualibet vice perdat oia vestimenta sua vsq; ad camisiam.

q̄ non habeant vestes pretiosas.

Decimaquinta ordinatio est q̄ oīs iudei et iudee saraceni et saracene meorum regnorum et dominiorum a predictis decez diebus mantena non portent pannos aliquos q̄ sit maior quātitas precij vlne vsq; ad. xxx. morabetinos. et ide infra. et qui contrarium fecerit q̄ pro prima vice perdat omnia vestimenta vsq; ad camisiam. Et pro secunda vice q̄ perdat omnia vestimenta sua et dentur ei centum flagella et vltra hoc q̄ perdat omnia bona sua. Ueruntamen est merces mea q̄ de vestimētis que nunc habent factis. q̄ possint facere tabargia et mantellos si voluerint.

q̄ non recedant de valleticis nec de aliq̄ alia parte:

Ecima sexta ordinatio est q̄ nullus iudeus nec iudea sarracenus nec sarracena recedat de valletta nec de aliqua alia parte loci vbi habitauerit ad habitandū in aliqua alia parte. sub pena q̄ ipso facto perdat omnia bona sua et corpus stet ad mercedem meam.

q̄ nullus dñs nec̄ miles vl' scutifer eos de aliquo loco fugientes recipiat vt secum commorentur.

Decimaseptima ordinatio ē q̄ nullus dñs nec milles nec scutifer audeat recipere in villa sua iudeū nec iudeā saracenū nec saracenā illoz qui fugerint ab vno loco in alterū vt ibi habitent et sint commorantes. Et si aliquis vel aliqui recepe unt aliquos iudeos vel iudeas saracenos vel saracenas huius ville vallis solitane vel alterius ciuitatis ville vl' loci q̄ mittant eos ad loca vbi erant conuicini et habitantes cum omnibus que portauerūt. Et si aliqui eos collexerint et receperint in suis locis et nō miserit eos vt dictū est q̄ p̄ prima vice cadet in penā. l. milia morabetinorum pro secūda vice q̄ cadat in penā. c. milia morabetinorū. Pro tercia vice q̄ perdat locuz vbi talē iudeū vel iudeā seu iudeos vl' iudeas saracenū vl' saracenā seu saracenos vl' saracenas collexerit seu detinuerit sicut notū ē

q̄ nō radāt barbā sed dimittāt crescere.

Decimaoctaua ordinatio est q̄ decetero oēs iudei et saraceni meorum regnorū et dominioruz nec aliquis eorum faciat nec mandet sibi fieri barbam nouacula vel forficibus. sed q̄ portent eas longas sicut eis creuerit nec arcuent capillos. et q̄ ambulēt secundum q̄ antiquitus solebant ambulare. Et q̄ quicunq̄ contrarium fecerit q̄ detur ei centuz flagella. et vltra h̄ q̄ soluat. c. morabetinos p̄ q̄libz vice.

q̄ non recipiant christianos ad solidatā vel mercedem.

Decimanona ordinatio est. q̄ iudei et iudee saraceni et saracene meorū regnorum et dominiorum non recipiant ad solidatam vel ad mercedez diurnā nec aliquo alio modo aliquos christianos nec christianas vt operentur in suis heredi tatibus. nec vineis. nec domibus nec in aliquibus alijs edificijs. Et quicunq̄ contrarium fecerit q̄ prima vice detur ei centū flagella. pro secūda vero q̄ soluat mille morabetinos et detur ei alia centuz flagella. Et tercia vice q̄ perdat omnia bona sua et detur ei alia centum flagella.

q̄ non sint albeitares nec ferratores.

Decima ordinatio est nec null⁹ nec aliquis iudeus nec iudea. saracen⁹ nec saracena sint albeiteres nec ferratores nec carpentarij nec cimbitarij nec sartores. nec tonsores calderarij nec macellarij nec poliparij christianorum nec christianaz nec vendent eis calciamenta. nec diploydes nec caligas. nec consuant vestimēta sua nec suas diploydes nec aliquam aliaz rem. Et quicunq̄ cōtraruz fecerit cadit in penas in precedenti lege contentas.

q̄ nō trapezete nec portent mercātias.

Decimaprima ordinatio est q̄ nullus nec aliquis iudei nec iudee saraceni nec saracene meorum regnorum et dominiorum sint trapezete. nec portet mercantias aliquas ad vendendum xp̄ianis vtriusq̄ sexus sicut oleum. arricum et mel. nec aliquas alias mercantias que sunt ad comedendum et quicunq̄ contrarium fecerit q̄ habeat et detur ei penez in hac altera lege supradicta contente.

q̄ omnes christiani possunt accusare delinquentes in his.

Decimasecunda ordinatio ē q̄ omnium supradictaruz penarum sit accusator quecunq̄ persona ciuitatis vel ville vel loci vbi tale accident vel fuerit. seu alia quecunq̄ persona extranea. et q̄ talis accusato habeat in premiuz terciā partem morabetinorum penarum supradictaz pro se et alie due partes sit pro camera mea sed est merces mea q̄ nullus nec aliqui per se ipsos capiant in treugent aliquez iudeuz nec iudeam saracenum nec saracenam quo

usq; cognoscentur ad iudicium et sint audi/ti et convicti iuridice.

q; fugientes possunt capi et perdant om nia bona sua.

Jcesima tercia ordinatio ē q; iudei et iudee saraceni et saracene meo/rum regnorum et dominiorum que recesserint extra illa et fuerint capti in via vl' in aliquo alio quouis loco q; perdant ipso facto omnia bona sua que portauerit et sint pro illo vel pro illis qui eos ceperint. et ipsi sint mei captiui imppetuum.

q; nulle pene nec alique illarum hic expres sarum possunt amouere.

Jcesima quarta et vltima ordinatio est q; nulle nec aliquē predictarū pe narum ciuilium et criminaliū pos/sint amouere nec circa eas vel aliquam earū dispensare nec addere nec diminuere p̄to/res nec maiorini nec iudices nec rectores nec aliqua alia persona predictarum ciuitatum villarum et locorum. dato etiam q; sint dñi et habeāt merum et mixtū imp̄iū in illo sub pena quod perdant dñium et officia que ba buerint. Et vt predicte ordinationes per me facte melius obseruētur et manu teneantur eo modo quo supradictum est. mando oib⁹ iudicijs. et pretoribus. et consilijs et iuratis et iusticijs et maiorinis algazelis et alijs of ficialibus et iusticijs quibuscunq; meorum regnorum et dñiorum. q; publicent et man/dent p̄conizari in qualibet vna ciuitatū et villarum et locorum meorum regnorū dñio/rum vnusquisq; in suis iurisdition̄ibus vt ob seruētur et adimpleātur eo modo quo dictū est. et q; supradicta consilia et iusticie et offi ciales. nec aliquis eorū nec alique alie per sone prelati vel layci cuiuscunq; status et cō ditionis existant predictorum meorū regno/rum et dominiorū q; non sint ausi facere nec ire contra illud nec contra partem eius in ali quo tempore vllo modo sub pena mercedis mee et predictarum penarum suprapositarū et de bis omibus precepi dare licras meas et quaternos sigillatos sigillo meo. In cō/plementum supradictorum datis in valleto leti vicesima die ianuarij anno natiuitatis dñi Millesimo q̄dringētesimo duodecimo

De statu iudeorum in regno castelle.

Ltauus et vltim⁹ articulus ē qua/lis ē stat⁹ iudeorū p̄nūc in regno isto castelle licet optime ordinata sint ex iure canonico et ciuili. ac regia ordinatione regni que supradicta sunt. In hac considera tione peccatis tm exigentibus precipue pre/latorū et principum aliorūq; dñorū nihil vl' modicū de omnibus supradictis obseruāt iudei. Quia ex nimia conseruatione eorum et frequenti munerum acceptione iam ve/nerunt in p̄fundum malorum vt insensibi/les facti ad voces predicatorū et clamores gementium non solum pauperū. sed etiam plurium aliorū in oppositū facti ceci retor/quentes iudicia sua fauores ad libitum cō/sequuntur ex quibus plurima mala oriunt in populo p̄apue in fide et moribus. cū mul/ti xp̄iani facti sunt iudei. vel melius dicā erāt occulti iudei et facti sunt publici. Alij sunt saraceni facti. Alij vero vtunt circumcisione Alij cerimonias alias iudaicas obseruāt im/pune. Ex hoc et tyrannica rabies continue cresat in regno: statutis et cōsilijs iudeorū qui ad hec et similia inueniēda inter cete/ros homines p̄mpti sunt. Et q; vereor cala mo scribere iuxta sententiam pauli ad Ro. i. dan in reprobū sensum multi de populo. q̄ immaculatus hactenus fuerat ceciderunt in passiones ignominie masculi in masculos turpitudinem operantes. in eum vsum qui contra naturam est. laudantes se per vicos et plateas crimen pessimum cōmisisse. vt deū occulto iudicio cum dixerint pax et securitas tunc eis repentinus veniat interitus sicut et iudicia terribilia deus fecit in vindictam p̄e dicti criminis per diluuium generale. Gen. vi. et per pluuiam ignis sulphuris super hec ciuitates. gen. xix. et per occasionem tribus beniamyn et destructionem omnium suarum ciuitatū et locorū iudicū. xix. et. xx. capitulis Et per destructionem byspanie igne et gla/dio tempore regis roderici vltimi gothorū regis. quia peccata carnis turpissimi regis vitisse sui p̄decessoris qui iudeos. introduxit in regno. Et peccatum regis roderici sui suc cessoris circa filiam vel vxorem comitis Ju liani fuerē potissima causa exterminij byspa

niarum vt colligitur et cronica generali byſ
panie vt et collectario hyſtoriarum fratris
iobānis de podio. Auertat dominus ſecū/
dum ſententiaz ne pereant boni cum malis
p̄dicta mala et plurima alia cogito oriri ex
nimia conuerſatione et fauore infideliuz in
malis. contra ſacrorum canonum ſanctiões
nō attendētes pericula que ex predictis oriū
tur. ſic̄ notat Jnno. tij. ſcribēs ep̄o ſenonen̄.
et ep̄o pariſien̄. ſic dicens. Et ſi iudeos quos
ꝓpria culpa ſubmiſit ꝑpetue ſeruituti pietaſ
xp̄iano receptet et ſuſtinebit cohabitationez
illorum. Jngrati tamen nobis eſſe non dñt
vt reddant xp̄ianis pro gratia contumeliam
et de familiaritate contemptum qui tan̄ ꝯ
miſericorditer in noſtram familiaritatem ad
miſſi nobis in illam retributionez impēdūt
quam in xta vulgare ꝓuerbiū. mus impera
ſerpens in ſinu. et ignis in gremio ſuis con/
ſueuerūt boſpitib⁹ exhibere. patēt hec extra
de iudeis. ca. et ſi iudeos. Vere iudei iſtius
regni ſuper omnes iudeos ingratiſſimi ſunt
xp̄ianis. cum ſuſtententur tan̄ domini in
iſto regno quod alibi minime fit preſertiz in
francia et anglia vt ſupradictum eſt. vij. con
ſideratione vt impleatur illud Exodi. xxiij.
ca. Non habitent in terra tua ne forte pecca
re te faciant. Jn aliis tamen regnis ſi aliqui
ſunt vitam captiuitatis ducunt et non ſoluz
paganam que venit ad destruendam castel/lam quia si tu non seruas eam ego pro per/dita illam habeo tu ergo domine illam ob/serua et custodi eam. Cum autez finiunt pre/dictus comes oratione suam venit ad eū vnus trium illorum monachorum qui dice/batur pelagius et interrogauit eum quis es/set et quid peteret. Comes vero ei nihil cela/uit. dixitq; ei q̄ segregauerat se a gēte sua et intrauerat ibidem post illum aprum. Tunc monachus dixit ei. Rogo te propter deum et propter tuam bonitatem q̄ sis ista nocte meus hospes. et dabo tibi panem ordei vt comedas quia de tritico nō habeo: et dabo tibi de alijs que potero habere. Quod cum comes audiuit non refutauit sed conuiuiuz acceptauit et mansit ibidem illa nocte. Al/ra vero die de mane dixit monachus ille pe/lagius comiti. Certissime credas q̄ diriget deus negocia tua et deuinces omnem pote/statem illius almanzoz prelium magnū ba/bebis cum eis. sed certissime vinces eos et tot ex eis occides q̄ non erit numerus. Itez scias certissime q̄ recuperabis vnā magnā par/tem terre et effundes sanguinem regum et magnatum. et felicitas tua erit tāmagna q̄ per totum mundum exibit sonus militie tue. Veruntamē scias pro certo q̄ eris capt? bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter scias sic fore ventura. Sed et ante tercium diē sequentē eris posit? in magno cogitatu quia videbis totam gentem tuam vltra mo/dum pauore percussam propter vnum terri/bile signum quod videbunt nec erit ibi ali/quis tam fortis q̄ non langueſcat timore. Sed tu statim confortа eos melioribus ver/bis quibus poteris exponendo signum et ipsi statim perdent timorez. et exnunc vade feliciter inueniesq; omnes tuos tristes plan/ctus et luctus propter te facientes et cogitā/tes q̄ sis captus vel mortuus a sarracenis et q̄ maneāt sine domino et sine aliquo tu/tore. Sed rogo te et peto istud donū q̄ post q̄ deuinceris campū recorderis huius pau/perculi societatis et huius tam pauperrimi loci et tam pauperis hospitalitatis sicut rece/pisti quia nos tres monachi sumus soli fa/cientes pauperem vitam et si deus nobis non mitteret suam mercedem deuorarēt nos bestie fere huius mōtis. Comes vero respō/dens ei dicit. frater pelagi amice non time a/tis perdere seruitum quod mihi fecistis q̄ si deus concedit mihi hāc litem vincere ego promitto huic loco totā meam quintā par/tem omniū que lucratus fuero. et vltra hoc cum mortuus fuero hic precipiā sepeliri/pus meuz vt hic locus factus propter me sit melioratus et magis honoratus: faciamq; alteram ecclesiam maiorem hanc q̄ modo: vbi possint manere plures monachi et ma/ioz conuentus et dabo eis in quo viuant et omnia que eis necessaria fuerit. Sic ergo fa/cto vale venit predictus comes in predictuz locum delera et inuenerat suos sicut dixerat pelagius monachus sed eorum tristicia ver/sa est in gaudium et letiaz. Narrauitq; eis omnia que sibi acciderant cuz monacho pe/lagio. Altera autem die precepit mouen gē/tes eius que ita pauce erant q̄ mille sarrace/ni erant pro vno christiano. Sed licet essent pauci erant tamen optimi milites et habe/bant bonum cor adiuuandi dominum suū Venerunt ergo ad locum vbi mutuo se vi/debāt christiani et sarraceni et tāta erat mul/titudo sarracenorum q̄ montes et valles vi/debantur cooperti eis veniebantq; sonanti/bus tubis et anāfilis et facientes magnuz tumultū. ac cum grandi letitia cogitātes q̄ vincerent et caperent omnes illos christia/nos et tanta erat multitudo et magnitudo vocum illorum q̄ videbatur q̄ totus mūd? veniebat ibidez. Comes autem fernandus gundisalui existens in loco suo omnia cir/cunspiciens cupiebat se iaz videre cum illis Et ecce illa hora accidit signū quod sibi p̄/diceret monachus pelagius quia vnus de militib? eius fortissimis ascēdit vnū equū pulchrum et velocem vrgenscq; cum calcan/ibus vt exiret ante eos aperta fuit terra et de/glutiuit cum cuz equo suo. Tunc fuerūt oēs percussi timore magno dicētes propter pec/cata nostra istud accidit nobis et bene appa/ret q̄ deus derelinquet nos et fuerat nobis melius consilium si reuersi fueramus quia oculanter videmus q̄ deus vult iuuare sar/racenos quomodo ergo nos poterimus ire contra eos. Sed tunc virtuosus ille comes dixit eis. Amici non facatis sic nec velitis lucrari malum nomen pro semper nec perda/tis cor sine vulneribus nec ostendatis in vo/bis talem pusillanimitatem quia ego volo vobis ostendere quid vobis ostendit istud

signum. Unde ex quo nos facimus terram submergi cum sit tam dura et tā fortis quid aliud erit quod nos possit sufferre. Et vos omnes estis homines alte nobilitatis et video nunc corda vestra langantia timore cōtra gentes que non sunt nisi vmbra et ideo vos nolite timere quia ego hac die desiderabam me videre cum almansor in campo et experiri quomodo satis castellam custodire dominū vestrum. Post q̄ ergo predict⁹ comes finiuit sermonem suū resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiens in bello precepit deuolui vexillum suū et iuit virili animo et sine timore percutere sarracenos ibantq; castellā clamantes. Castilla castilla. Cōmissū est ergo durū bellū et milites christiani intantum fuerunt accensi desiderio pugnandi et adiuuandi dominum suum q̄ nihil cogitabant de morte sua tan strenuissimi ergo fuerunt q̄ vicerunt potestatem sarracenorum et fugit almanzor cū paucis. Hac die deus manifeste ostendit suam potestatem in hoc q̄ tres centi milites christiani tantaz multitudinem sarracenorum et tam potentem virum sicut erat almāzor vicerunt. Victis ergo sarracenis fugierūt a cāpo Sed et comes fernandus gundisalui secut⁹ est eos cum aliquibus de suis et occidit plures eorum et expoliauerunt campū victoria habita et inuenerūt in tentoriis multitudinē auri et argenti et vasa et arma et alia plura sic q̄ facti fuerunt ditissimi p̄semper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictum monasterū sācti petri et dedit ibi multa donaria que inuenerat in tentoriis sarracenorū deditq; multitudinē diuitiarū monacho pelagio amico suo. Et reuersus est in ciuitatem suam cum Burgen cum omnibus suis vbi aliquib⁹ diebus stetit p̄pter vulnera sanāda illorū qui in bello vulnerati fuerant.

Hoc bello. lxiij. Vincunt christiani per comitem fernandum gundisalui plurimis sarracenis captis et trucidatis.

Exagesimuntercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc sarracen dolentes de victoria quā habuerat predictus comes fernādus gundisalui et scientes q̄ ipe cum rege ordoneo. iij. supradicto erat vinculo amoris colligatus cōgregauerūt exercitum magnū et venerunt super sanctū stephanū ō gormatio qui est in littore dorij et obsederūt castrum illud et peruerterūt totam terrā vsq; ad burgis q̄ō ex suis scauit predictus comes fernandus gundisalui venit animose cōtra eos cum milicia regis et sua secutusq; est eos vsq; ad doriuz bellans et occidens plures eorum deuictisq; sarracenis reuertitur est in terrā suā cum multitudine captiuorum diuitijs et honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordone⁹. iij. zamore et sepultus est in ecclesia sancti saluatoris trinitatis legionensis quā cōstruxit pater eius et regnauit post eum sanct⁹ primus qui dictus fuit grossus ex eo q̄ pre pinguedine equitare non poterat nisi cum difficultate. Iste fecit pacem cū sarracenis q̄ curauerūt eum a pinguedine sua. regnauit octo annis et occidit eum quodā venenato pomo: comes gundisaluus qui dominatur vltra doriuz et sic iste qui nihil gloriosū fecit contra sarracenos male finiuit. Jacet sepultus apud legionem in ecclesia sancti saluatoris iuxta patrem suum. Et regnauit p̄ eo ramirus tercius filius eius.

Vincūt christiani p̄ comitem fernādum gundisalui et fugatur secundo almansor p̄empta innumerabili multitudine sarracenor̄

Exagesimūquartum belluz inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimodecimoquinto Tunc supradictus almanzor dolēs nimiuz quia eū defecerat comes fernandus gundisalui sic dictū est supra. lxi. transiuit vltra mare in affricam et precepit predicari per omnē terram sarracenorum q̄ venirent ad aduuandū eū contra xp̄ianū byspanie et ad defendandum terram quam sui predecessores lucreati fuerant. Sarraceni āt audiuerunt hāc predicationem per totam terram diuulgatam venerunt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiam cruciate quā nos christiani fideliter accipimus cū sedes apostolica debitis circunstantijs compensatis illā concedit et vltra predictas gentes innumeros congregauit etiā ille almanzor totā potestatem andaluzie et sic venit cum exercitu quasi innumerabili contra castellam vt

destrueret totam terram et vt caperet p̄dictū comitem et occideret si posset. Que omnia cum cognouit predictus comes fernandus gundisalui cōgregauit similiter omnes Lastellanos et venit ad locum qui dicitur predrauita. Sarraceni vero erant in vacinas. Comes autem reliquit gentem suam in eodem loco de predrauita et ipse solꝰ cū duobus militibus iuit velociter et secrete. vt videret monachum pelagium amicum suum supradictū qui ei dixerat altera vice q̄ vinceret certitudinaliter almanzor et signa que accidere habebant. et cum accessit ad locum dictum est ei quomodo iam discesserat a p̄senti vita. quod cum comes audiuit contristatus est valde et ingressus est ecclesiam illam vt rogaret deus vt secum faceret misericordiam. flexis ergo genibus ante altare fecit hanc orationem in habundantia lachrymarum dicens. Domine cum magno amore tibi seruiendi ego sustinui multa aduersa et dimisi multa solacia et suz in maxima inimicicia cum sarracenis et christianis q̄ regnes hyspanie timore sarracenoꝝ oblti sunt tui qui es dominus eorum et facti sunt vasalli. et cum ego q̄ timore mortis errabant male contra me. Ego nun q̄ volui societatē nec amorem eorum et si remansi ego solus ab omnibus derelictus inter omnes qui videntes me segregatum ab omnibus vt inimicum me respexerunt. Et cum sarraceni cognouerunt. magnos q̄ nolebat eis obedire congregauerūt exercitus vltra mare et citra mare et venerunt super me. et ego cum tuo adiutorio deuici almāzor et omnem eiꝰ potestatem et occidi tibi plures eorum. Tu dñe dixisti per ysaiā prophetam q̄ nun q̄ desisteres tibi seruientibus. ego autē oīs alios reliqui vt tibi seruirem. Peto ergo domine pro mercede q̄ habeaz ego tuuz adiutoriū et vt defendas castellaz quia tota terra affrice venit super me et da mihi sensum et fortitudinem vt ego vincam hunc sarracenuz almansor et omnem eius potestatem et cum faceret augurationem captus est quodam dulci somno et dormiuit ibi ante altare Apparuitq; sibi ille monachus sanctus pelagius indutus vestibus cādidis sicut nix et dixit ei dormis fernande gundisalui surge et vade ad gentem tuam quia deus concessit tibi quicquid postulasti ab eo et scias certitudinaliter q̄ vinces sarracenum almāzor et omnem eius potestatē et perdes ibi multos de gente tua. et adhuc dixit tibi plus dominus noster q̄ quia tu es eius vasallus et ei facis seruitium toto corde q̄ mittit tibi apostolum iacobum et me cum multitudine angelorum ad adiutorium tui et apparebimus omnes in bello cum armis albis et q̄libet nostrum ducet crucem in suo vexillo et cum sarraceni viderint nos vincebuntur et dimittent tibi campum. Amice dixi tibi qđ mihi mandatum fuit de cetero volo recedere et sic recessit a predicto comite vigilās ergo ipse et cogitans in illa visione orando deum humiliter audiuit quandā vocem dicentem sibi surge et vade in viam tuaz quia iniuste contra me agis cum tantum demoraris et non des treugas almanzor nec facias cum eo pacem aliquam. facies autem de gēte tua tres acies et intrabis tu cū paucioribus ex parte orientis et in illa acie ego ero tecum. precipies etiam q̄ secunda acies ingrediatur ex parte occidentis et in illa acie erit beatus iacobus. Tercia vero acies intrabit ex parte aquilonis et si sic omnia feceris non dubites quin deuincas almāzor et ego sum enulianus qui tibi venio hec nunciare et scias q̄ durabit bellum tribus diebus. Post q̄ sanctus enulianus predicta nūciauit exiuit comes a sācto petro et venit velociter in predictum locū de predrauita vbi dimiserat gentem suam quam inuenerat irata tam contra se dixeruntq; ei domine sine modo facis magnum malum et si errauerimus iuste accidet vobis quia sicut latro qui egreditur ad furandū segregamini et ꝫ vos quaramus inuenire non possumus et sumus in hoc valde mali quia tantum vos sufferim⁹. Unde petimus pro mercede q̄ non faciat nos proditores quia nun q̄ fuerunt patres nostri nec parētes nostri nec vn q̄ fuerit in mundo fideliores q̄ illi vnde nos venim⁹. Comes autem fernandus gundisalui respōdit Amici rogo q̄ me audiatis quia non resipisco de hoc q̄ feci et cum sauentis non iudicabitis q̄ tantum erraui quia ego iui ad beremitorium sancti petri vt viderem amicum meum fratrem pelagium. et cum accessi audiui q̄ erat mortuus et ostenderūt mihi locum vbi iacebat sepult⁹. Et deinde intraui ecclesiam et fudi orationem et venit ad me

predictus monachus vbi iacebaz dormiendo dixitq; michi exurge amice quia hora est exactatus autem nihil potuit venire et sic existens audiui vocez magnam mihi dicentez de celo secundū intellectuz meum. Comes semādē gundisa'ui surge vade viam tuam quia die tercia vinces almāzor et omnē eā potestatez reprehendit etiaz me quia tantū tardabam. et q; ille cuius amore pugnabaz adiuuaret me et quia i beremitorio illo alia vice fui bene consultus sic q; deuincerem almanzor. Ideo nunc iterum rui vt haberem consilium cū illo amico meo pelagio. Et vt seruarem vos oēs ne ꝓpter defectuz meum erraretis quia necessariū est vobis consiliū dei et hoim quia exquo almanzor tammagnum exercitum cōgregauit multū interest nobis vt taliter faciam⁹ q; deum habeam⁹ pro nostra parte. Et ideo sim⁹ omnes boni milites quia non possum⁹ fugā accipere ex aliqua parte. Et licet velim⁹ ire i aragoniaz vel nauarram vel ad omnes alios vicinos nostros omnib⁹ sumus odiosi. et si peccatis nostris exigentib⁹ victi fuerimus omēs vituperabuntur de nobis et enim⁹ captiui essent filijq; nostri capientur a sarracenis Qui autem iacet captiuus priuatur omni bono et vellet plus mortē q; vitā cū videt sua hereditari ab inimicis suis q̄ vobis dico vtā bene intelligitis et si ꝓpter peccata nunc sumus victi nunq; nostra recuperabim⁹. Dico autem vobis ex parte mea que cogito facere q; licet ipsi vellent me accipere ad vitā satore q; aut⁹ occidere meipm q; me tradaz captiuitati. Et ideo oportet q; firmetis inter vos quod quicūq; fugerit a campo vel se dederit captiuitati timore mortis q; sit proditor et cū mortuus fuerit q; sit cū iuda in infernō in perpetuuz. Cum autem castellani audiuerit que dixit predict⁹ comes placuit eis omnio et omnes inierunt fedus inter se q; ante se exponerent mortī q; se dare captiuitati Altera ergo die de mane precepit predict⁹ comes q; omnes armarentur vt darent bellum sarracenis et ordinauit acies suas sicut ei preceptum fuerat in ecclesia sancti Petri mādauit q; donogustio gundisalui de salas et filijs suis ac duobus consobrinis comitis q; irēt in prima acie in qua fuerunt ducēti milites Deditq; eis sex milia peditum de mōtaneis qui omnes erant homines veloces et valentes. In secunda acie posuit pro duce donuz lupum de viscaya cum illis de terminamya et de byrnana et de castella veteri de castro et de asturijs fuerunt. fuerunt q; in summa decenti milites et sex milia peditum. Comes vero semādus gundisalui fuit in tercia acie et cum eo Rodericus de corna et numos de cama et belas qui quos ipsa die comes fecerat milites viginti etiam secum ferri fecit quos etiam eadem die fecerat milites summa omnium istius acici fuit quinquaginta militū et trium milium peditum precepitq; omib⁹ predictus comes q; si prima die nō posset vincere sarracenos cum audierint buccinam suam q; retraherent se a prelio et omnes cōgregarentur sub vexillo suo. Postq; ergo omnes sic ordinauit venerūt omnes in tentoriis suis et veniente nocte viderunt per aera rabidum quendam serpentem venire sanguine cruentatum et quasi vulneratuz emittentem tam fortes abilles q; nullus fuit ibi tam audax quin timeret et tā magnos ignes emittebat per os q; omnes de exercitu se videbant adinuicem Cum autem hec viderēt exactauerunt comitem qui tam dormiebat tamen cum ipse surrexit iam serpens ille trāsiret. Attendens autez predictus comes populum suum pauore percussum quia ex illa visione conceperant q; erant vincendi a sarracenis. Precepit q; omnes congregarent ad eum. dixitq; eis. Amici isti sarraceni sūt incantatores et nigromantici et suis inuocationibus vocant dyabolum qui pro eis facit multa pauorosa. Aliquis autem sarracenus qui ista scit facere fecit illam visionem per aera apparere vt eos terreret tali arte mala. cum ergo vos sitis homines intelligentes bene debetis scire q; diabolus nihil vobis facere potest quia bene nosatis q; dominus noster Jhesus christus potestatem eis abstulit. commendemus nos ergo deo qui omnia fecit quia ipse potentissimus dāre et tollendi quicquid voluerit. et nihil propter talia signa demus. Eat ergo quisq; in hospitium suum et de bono mane sitis omnes armati in campo. Adiuuabit enim nos deus pater sua pietate et de hoc sitis certissimi q; vincemus eos. talibus ergo verbis comitis confortati omnia sic fecerunt et in gallicantu surrexerunt omnes et audiuerunt missam suam orauerunt ac de pec̄ pecca.

tis suis contriti et confessi fuerunt et roga-/ uerunt deum ꝙ adiuuaret eos contra sarra-/ cenos. Post hec equitauerunt omnes hec armati omnibus armis suis et cū ve-/ nit aurora parauerūt acies suas sicut eis mā dauerat comes. Sarraceni similiter parauerunt acies suas et commissum est prelium magnum mortuiq; sunt multi ex vtraq; pte occiditq; predictus comes quendam regez affrice sarracenum et impletus est cāpus corporibus mortuorum taz ex christianis q̄ ex sarracenis nec alter partium concessa est victoria eodem die. Veruntamen expulerunt christiani saracenos a tentoriis suis et manserunt ipsi illa nocte in eisdem in quibus inuenerunt omnia necessaria steterūtq; per totam noctem armati. Altera autem die ordinate sunt acies in campo ex vtraq; pte et venerunt sarraceni contra christianos magnis vocibus acclamantes intantū ꝙ videbatur ꝙ totus mūdus descendebat in profundū christiani similiter audita missa exeuntes cōtra eos inceperunt prelium et durauit per totam diem nec tamen vna pars alteram ptez vincere potuit. Fuerunt et in hoc secūdo bello etiam multi mortui ex vtraq; parte et plurimi vulnerati et reuersi sunt christiani superueniente nocte in tentoriis suis ceci tristes et vulnerati Et prima vigilia noctis precepit comes predictus vocari omnes suos ad se dixitq; eis. Amici rogo ꝙ sitis fortes et non languentis propter angustias preientitas. Dico enī vobis in veritate ꝙ cras vsq; horam nonam habetis maximū succursuz taliter ꝙ vincetis bellum istius sarraceni almanzor Si ergo vultis ꝙ vincamus nos simus cras bono mane in campo omnes an solis ortum et viriliter animo in eos irruentes non demus eis spacium quia scitote ꝙ per viz dimittent nobis campum et dico vobis ꝙ euadere non poterunt quin sint mortui vel victi. Ibimusq; post eos et vindicabimur de malis que nobis intulerunt. Sum enim bene securus de nobis ꝙ non erimus victi. Cituus enim nos permitteremus mori ꝙ talia pati. Post verba comitis vnusquisq; iuit in mansionem suam dormierunt et quieuerunt. Surgentes autem bono mane sicut eis p̄ceptū fuerat armauerūt se et sarraceni similiter ac exierunt in campuz vt bellarent. Commissum est ergo durissimū bellum inter vtrosq; et christiani ducebant ante se signum crucis domini nostri ihesu christi orantes toto corde vt deus iuuaret eos contra inimicos suos et tam grandis erat sonus lancearum et ictus ensium ac aliorum armorum ꝙ longissime audiebantur et licet multi christianorum interissent de sarracenis tm̄ nō erat numer⁹ intm̄ vt bēant ꝙ enarrant viuentes. Et predict⁹ comes vidit ꝙ alteros homines sue acies erāt mortui et ꝙ alij erāt deordinati et tristes et ꝙ cito possent deuici sinon succurreretur. iuuit in sarracenos viriliter animans suos ad victoriā ꝛ tot fuerūt mortui de christianis ꝙ non cogitabat taz amplius redire in castellam. Cum ergo eiz in maxima pressura incepit mēte orare deuz manibus pugnans et dicens. Domine ex quo non possum hanc litem eradicare nolo liberare vitam meam licet possiz quia intrabo talem locum prelij vbi occidar ꝙ si euaderem mortem postmodum morerer pre dolore videns castellam sub potestate sarracenorum. Et licet nos sumus magni peccatores contra nos nolite irasci ne velitis totā hanc terram destruere esset etiam magnum malum si perderetur terra tam honorabilis et tam bona. O domine ihesu christe et quare non impletis que mihi misistis nunciari ꝙ scilicet succurreretis in hoc bello et si ego non defeci vobis quare vos deficitis mihi et quia sic est ꝙ vos non estis contemptus de me in aliquam culpam ego cecidi. Recipite ergo hunc comitatum meuz in vestra custodia alias totum destrueretur radicatus. Cum ergo comes predictus talia inter se et deum loqueretur querulose licet semper pugnans viriliter audiuit vocem quandaz de celo dicentem sibi femande scias ꝙ crescat tibi magnum adiutorium magnus enim succursus accedit ad te. Cū aūt predict⁹ comes eleuauit oculos suos in altuz et videret q̄s esset q̄ secum loquebatur Et ecce vidit apostolum iacobum stantem super se cum multitudine militum et militarib⁹ splendentibus armis cruce signo insignitus secundū ꝙ sibi videbatur qui omnes ibant potentissime percutere sarracenos acies suis ordinatis Quos cum viderunt sarraceni timore magno percussi sunt nescientes quid facerent mirabantur etiam multum vnde veneirant ille gentes armate et insignite omnes

vno ſigno. Dixitq; aimanzor. Quid potuit hoc eſſe vel vnde potuit euenire tam magna poteſtas comiti fernando. Et cũ chriſtiani qui iam erant quaſi victi viderũt apoſtolũ iacobum iam fortificati ſũt et reſumptis viribus irruerũt in ſaracenos et occiderũt mꝫ titudinem magnam eorum Alij vero terga ſunt dare coacti fugiẽtibus ergo ſarracenis a campo ſecut⁹ eſt eos comes p̃dictus duobus diebus et duabus nocibus et occidit plures eorum alios autẽ capt̃uauit. Quarta autem die reuerſus eſt cum gente ſua ad locum p̃dicti belli de bacinas et queſierunt chriſtianos mortuos inter ſarracenos mortuos volebat enim vnuſquiſq; ducere mortuum ſuum in locum ſuum Sed nobilis comes dixit eis. nõ habeo pro bono vt ponatis dolorẽ in locis veſtris quia plãctibus et lachrymis non poterimus aliquem eorum ad vitam reducere. Recipite ergo conſiliũ meum. Ego habeo hic vnum beremutorium qui eſt locus valde honorabilis et haberez ego pro bono q̃ ſepelirentur ibi Ego enim promiſiq̃ corpus meum ibi ſepeliri cum mortuus fuero et pugnabo vt locum illum diuitijs et honore complcam feceritq; oẽs iuxta conſilium comitis et ſepelierunt ibi mortuos ſuos. Dicitur nunc locus ille ſãct⁹ Petrus de arlancha vbi fuerat ille ſanctus monachus pelagius et reuerſi ſunt vnuſquiſq; i locum ſuum cum magnis diuitijs et honore:

Vincunt chriſtiani et angelus domini pugnat pro mulue miſſas audiente cum deuotione

Exageſimumquintum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini nongenteſimumoctauum. Tunc mortuo ſu p̃dicto rege ſancio et nobili comite fernando gundiſalui et regnãte ramiro tercio filio predicti regis cum comes garſias fernandi filius predicti comitis fernãdi gundiſalui eſſet in caſtro ſãcti ſtephani de gormatio. quẽ ipſe vi lucratus fugrat a ſarracenis ibi exiẽtes habuit multa bella cũ ſarracenis ſed vnum ſignãter hic ãnotabo propter vnũ ſingulare miraculum quod ibi accidit. Dolentes enim ſarraceni de perdito caſtro quadam die venerunt in multitudine magna de gormano ad vadum qui dicitur elcaſtaial Quod cum predict⁹ comes ſciuit exiuit ad eos cum ſuis audita vna miſſa et cõmiſſũ eſt durum bellũ inter vtroſq; miles autem quidam predicti comitis qui dicebatur fernandus cuotobinos remanſit armatus genibus flexis in eccleſia predicti caſtri audiens alias miſſas que dicebantur a monachis quos ibi deduxerat comes a monaſterio ſancti pem de arlancha habebat enim miles ille in conſuetudine non exire eccleſiã quouſq; omnes miſſe eſſent finite. Angelus autem domini eius figura in perſona armis et equo aſſumpta apparuit in bello qui tam fortiter bellauit ibidez q̃ nullus ei ſimilis fuit. Nã iſte occidit militẽ illũ ſaracenũ qui ducebat vexillũ ſarracenorũ propter quod factum eradicati et victi fuerunt ſarraceni. Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes pro illo milite femãdo cuotobinos qui tãviniter ſe habuerat et non potens ipſum repenire in campo muratus venit in caſtrum et inuenit quomodo miles ille erat clauſus in eccleſia pre verecũdia non auſus apparere quia non fuerat in bello et ſic vocato a ſe ac cognito miraculo inuenit in lorica eius et armis ſui equi omnia ſigna icuum que ſibi in bello dederant ſarraceni ſicut ipſi viderant et intellexerunt omnes q̃ propter deuotionem quã ille miles habebat in auditione miſſarũ deus miſerat angelũ ſuũ in ei⁹ effigie vt ſuppleret vicem eius in campo tempore illo et dederunt omnes propter tam manifeſtum miraculũ gratias deo et virgini glorioſe.

Merinis apoſtoli ſancti Jacobi vincunt chriſtianam peraliis grauiſſima infirmitate ſarracenis.

Exageſimumſextum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini noningenteſimotricesimotercio. Tunc quidam rex ſarracenorũ cuius nomen alidraxi cũ multitudine paganorum intrauit regnum portugalie et peruenit deſtruẽdo quicquid inuenire poterat

vsq; ad sanctum iacobum. Sed propter hoc nozem apostoli iacobi cum christiani resiste re non possent bellauit deus contra sarracenos percussit enim deus omnes sarracenos quadam infirmitate grauissima sic q; oms perierunt intantum q; nō remaneret qui nouā aliozum nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tercius et mortuus est in ciuitate legionen. regnauit xxv. annis et successit ei in regno donus bernundo filius regis saucij cōsobrinus regis predicti ramiri.

Vincunt christiani per regem bernundo et iterum a sarracenis vincuntur eodem bello per almanzoz.

Exagesimum septimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimo nonagesimoquinto. Tunc almanzoz videns discordiam magnam inter christianos congregauit exercitum suum magnum sarracenoruz et christianorum qui cum eo se defederauerant et intrauit terram christianorum. Incepitq; destruere prouincias legionis et castelle et nauarre. christiani autē erant sic discordes q; nullus erat qui alterum vellet adiuuare et intantum processit illa vice q; a fluiedozij quod erat tunc signum diuisionis inf sarracenos et christianos peruenit destruendo vsq; ad flumen quod dicatur estolam et ibi fixit tentoria sua. Quod cum sciuit rex bernundo exiuit contra eum cuz exercitu suo bellauitq; cuz eo viriliter et mōrtui sunt plurimi sarraceni. Peruenit rex bernundo bellans et occidens vsq; ad tentoriuz almanzoz. Quod cum vidit almanzoz iratus vehementer proicit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem sarracenoruz in signum corone. Erat enim consuetudinis saracenorum regum mittere in terram predictum pileum in signum magni doloris et ire respectu suoruz quia non vincebant inimicos. Quod videntes sarraceni resumptis viribus irruerūt viriliter in christianos in tantum q; secuti sunt eos vsq; ad portas ciuitatis legionen. et post paucos dies ceperant ciuitatem nisi fuisset multitudo pluuiarum hyemis propter quam necessario habuit recedere almanzoz et sic reuersus est in ciuitate cordubē. cum diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et capitur ciuitas legionen. per almanzoz.

Exagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimononcesimosexto. Tunc supradictus almanzoz venit cum multitudine grauj et obsedit predictam ciuitatem legionen. et tanta fuit violēta expugnatio vbis q; confregit murum in duabus partibus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei. Comes autem galecie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tunc in lecto multum infirmus et cum sciuit q; murus erat ruptus in duplici parte fecit se armari omnibus armis et deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis cōfractus quia ibi erat maioz pressura et periculosioz locus hoc autem ipse faciebat vt ibi occideretur anteq; videret confractionez ciuitatis. Ipse ergo iacens in lecto nouem diebus defendit locum illum ruptuz et mortui sunt plures ex vtraq; parte sed finaliter occasus est ibi et statim capta fuit ciuitas. et precepit almanzoz q; frangerentur omnes porte ciuitatis et q; destrueretur turres que erant ibi ex marmoribus mirabiliter fabricate. Et cum predictus almanzoz destructa ciuitate voluit intrare mōnasterium monachoruz sancti claudij extra muros vrbis cum calcaribus equum suum non potuit ipsum mouere ab eodem loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus almanzoz destruit a destructione predicti monasterij et dedit ibi multa donaria secundū q; in eodem conuentu presente illustrissimo rege cunico qui nunc regnat a priore eiusdē audiui. Asserebatq; se vidisse de donarijs illis que dederat almanzoz propter predictum miraculum et reuersus est almāzoz cordubam cum magnis diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et occiduntur prodito

rie ſeptem infantes de lara.

Exageſimumnonum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa predictum tempus. Tunc quidā miles qui dicebatur rodericus belaſquas finxit ſe facere bellum ſarracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomō morti traderet ſeptem fratres qui dicebantur ſeptē infantes delara cum eorum patre gundiſalvo gueſtios qui erant fortiſſimi bellatores qui eo tempore reperiri poterant in mundo Cauſa autē quare ipſos tradidit mortī fuit vindicatio de aliq̄bus iniurijs quas vxor ſua et ipſe ſe reputabant recepiſſe ab eis. Deduxit ergo eos ſuis verbis blandis proditore cum exercitu magno vſq̄ in campum de almenara et p̄miſit illos infantes vt depredarentur campum. Ipſi vero habebant ſecum ducentos milites ſuos qui exeuntes ſubito apparuit multitudo innumerabilis ſarracenorum veniens ſuper eos et factum eſt prelium magnum ſic q̄ interfecerūt multos ex ſarracenis. ꝛ de chriſtianis mortui ſūt in illo certamine illi ducenti milites ſic q̄ nō remanſerunt niſi ſeptem infantes predicti. Et cum viderunt q̄ ibi nihil reſtabat niſi vincere vel morī commendauerunt ſe deo et inuocauerunt apoſtolum Jacobum et inierunt viriliter animo in ſarracenos interfecerūt plures ex eis ſic q̄ nullus erat qui ante auſus eſſet expectare eos. ꝛ tanta erat multitudo ſarracenorum q̄ pre laſſitudine retrahebant ad quendam collem vt abſtergerent facies ſuas a puluere bus. et cum ibi peruenirent inuenerunt q̄ vnus eorum deficiebat ſcz fernandus gundiſalui qui in bello mortuus fuit propter cuius mortem nimiuz doluerunt. Exiſtentes ergo ibi habuerunt verbum ſuum cum ſarracenis petētes treugas quouſq̄ nunciarent predicto rodericō belaſquas ſi vellet eos iuuare et conceſſerunt eis Miſerunt ergo diadacum gundiſalui ex eis ſed nihil potuit obtinere. Reuerſus ergo ad fratres ſuos narrauit eis crudelitatem illi⁹ proditoris et factum eſt q̄ mille equites q̄ erant cum predicto rodericō belaſquas mouerunt ſe vt venirent et ſuccurrerent infantibus Sed cuz cognouit p̄ditor ille qui erat eorum capitaneus verbis ſuis fallacibus impediuit aduentum eorum non tamen ſic potuit impedire quin trecenti illorum tranſirēt ad eos animo moriendi vel viuendi cū eis videntes proditionem ſui capitanei. Juncti ergo illis inierunt ſecūdo in ſarracenos et factum eſt prelium aſperrimum tale quale nunq̄ quis audiuit in tamparuo numero et tanta fuit cedes ſarracenorum q̄ anteq̄ aliquis eorum occideretur perierunt vltra duo milia ſarracenorum. Sed finaliter belando intra multitudinem tam grauez mortui fuerunt illi trecenti milites et remanſerūt ſoli predicti ſex infantes. et tam feſſi erant q̄ iam non poterant leuare brachia enſibus ſuis. Cum autez viderunt eos ita feſſos capitanei ſaracenorum. ſcilicet viara et galue propter eorum ſtrenuitates traxerunt eos a priſura belli et duxerunt eos ad tentoria ſua et fecerunt q̄ deponerentur arma eorum dederuntq̄ eis ad comedendum panem et bibendum vinum. Sed cum proditor ille rodericus belaſquas hoc cognouit miſit nuncios ſuos capitaneis illis dicēs. q̄ ipſi imalefacierent concedentes vitam talibus hominib⁹ ſicut illis et q̄ de hoc poſſet eis malum euenire. et q̄ ſi ſic facerent q̄ ipſe nō redderet amplius in caſtellam. ꝛ iret ad almanzor et faceret q̄ caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliquid malum eis eueniret ab almanzor excuſantes ſe ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cum armis ſuis. ſicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt ſarraceni pulſatis atamboribus ſuis inuerunt in eos in tanta multitudine ſicut cadit pluuia de celo et factum eſt prelium crudelius q̄ prius fuerat ſic q̄ breui tempore occiderūt duo milia et lx. et vltra ſarracenos ſicut narrat hyſtoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebatur gundiſaluus gundiſalui terribiliora et mirabiliora ſuper alios faciebat. ꝛ tanta erat multitudo ſaracenorum q̄ non potuerunt eos tolerare. et in tantum feſſi erant q̄ nullo modo poterant iam moueri nec equi coz Et licet amplius bellare voluiſſent armis carebant quia iam confracte enſes eorum. Cum ergo ſaraceni viderunt q̄ non habebant arma occiderunt equos eorum et ceperunt eos et expoliantes eos armis ſuis decapitauerūt eos vnū p⁹ alteū ſic nan fuerūt i oculis p̄dicti p̄ditoris rodericī belaſquas

Et cū perueneruntad gundisaluū qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires et quodam pugione quod habuit in manibus iruit in illum qui decapitauerat fratres suos percussitq; ipsum in gutture et mortuus est cepitq; subito eius ensem et occidit cum eo vltra. xx. saracenos vt narrat hystoria. Captus est finaliter et decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditō notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorū quem habuit in quadam saracena qui dicī fuit mudaica guzdisalui postmodū occidit illum et. xxx. milites eius cum eo et vxorem eius ignibus cremauit sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

Vincunt saraceni et comburitur ciuitas sancti Jacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubensem. pro lampadibus in signum victorie.

Eptuagesimus bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimo quinto. Tunc almansor congregauit exercitum magnum et intrauit prouinciaz que dicitur portugalia destruxitq; villas et castra loca et cum peruenit ad mare peraruit et destruxit terram galecie et peruenit vsq; ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit intrauitq; sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt confringeret eius monumentū. Sed factus fuit quidam sonus terribilis circa eū quo territus fuit. Veruntamen accepit campanas minores quas secū deduxit in signū victorie quas posuit pro lampadibꝫ inmesquita cordubeñ. vbi magno tempore steterunt. Sed ante q̄ almanzor recederet de terra illa percussꝰ fuit ille cū exercitu suo a deo propter peccatum presumptōnis et feditatū quas fecerat in ecclesia sancti Jacobi quadam terribili et fetida infirmitate quam dicunt medici dctarca sic q̄ q̄si oēs sui exercitus fuerunt ibi mortui et confusi et qui cuaserunt postea mala morte scilicet subitanea finierunt. Et cum hoc sciuit rex berundo misit plures gentes ad montana vbi se eleuauerant saraceni remanentes et omnes ibi occisi sunt sic q̄ vnus ex eis non remansit et almanzor reuersus fuit in terram suam cum paucis.

Vincunt christiani peremptā multitudine saracenorum per comitem castelle Garsias fernandi.

Eptuagesimum primum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimo septimo. Tunc quidam saracenus qui dicebatur abdemeliquefilius almanzor congregauit exercitum suum vt perureret et destrueret terram christianorum: Qui perueniens vsq; ad ciuitatem legioñ. destruxitq; quecunq; reliquerat almanzor pater eius tam in muris q̄ in turribus vsq; ad pauimentum vt non possent amplius illud edificare christiani. Sed supradictus comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra eum cum multitudine militum et peditum qui fecit predictum saracenum eleuare a predicta ciuitate. secutusq; est eum fugientem et interfecit plures saracenos sic q̄ ille saracenus cum magna pena et periculo reuersus est in ciuitatez cordubeñ. nec amplius ausus fuit attemptare peruenire terrā christianorum.

Hoc bello vincunt christiani mortuo almanzor ac peremptis innumerabilibus saracenis per regem berundo.

Eptuagesimum secundum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimo octauo. Tunc supradictus rex legionis donus berundo videns mala que saraceni continuo inferebant christianis scripsit regi garsie nauarre et predicto comiti castelle garsie gundisalui. et propter fidei et salutem patrie confederati sunt contra saracenos et produxit exercitum suum magnum. Rex predictus berundo et licet infirmus esset fecit se deduci in lecto cui coniunctus est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in psona sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti coniuncti sunt in quodaz loco prope senam qui dicitur arabice canātaasor quod nostra lingua dicitur arcamboum.

Almanzor etiam de quo ſupra dictum eſt p̄ traxerat exercitum ſuum magnum et intrās per caſtellaz deſtruxit quicquid inuenire poterat. Cum ergo peruenit ad eos habuit cuz eſſie prelium ſuum magnum quod durauit per totam vnam diem uſq; ad noctem ſic q̄ vna pars altera deuincere nō poterat. mortui tamen ſunt ex parte ſarracenorum quaſi ſine numero et dimiſſum eſt bellum propter noctem ſuperuenientem alias ibi fuiſſet captus vel mortuus almanſor. Cum ergo vidit predictus almanzor deſtructionem gentis ſue non fuit auſus expectare bellum ſequentis diei et fugit de nocte. cūq; peruenisſet ad locum qui dicitur bolga cozaz pre dolore et triſtitia infirmatus eſt nec vltra ap̄li⁹ comedit et bibit et ſic mortuus ē ſepultuſq; eſt in medina celi. Rex autem predictus cuz omnibus alijs chriſtianis ſequenti die paraverunt acies ſuas ad bellandum cogitantes ſarracenos ſtare in tentoriis ſuis et cum hora diei ſpectarent et nullum ſarracenuz inuenerunt acceſſerunt ad eoruz tentoria et expoliauerunt campum. Comes vero garcias fernandi ſecutus eſt ſarracenos qui tot ex eis interfecat q̄ pauciſſimi remanſerunt viui et reuerſus eſt cuz multitudine captiuorum. Sic ergo peruerſus ille almanzor qui ſepe in bellis cōtra chriſtianos fuerat victoriosus miſerabiliter illa die a xp̄ianis fuit victus et mortuus. Illa autem die qua almanzor fuit victus et mortuus fuit viſus q̄daz homo ſub figura paſtoris in litore galdaquenir. Clamans ac magnum planctuz faciens. Dicebat em̄ primo in arabico et deinde lingua caſtellana. Incanantarazor p̄didit almanzor poteſtatem et faſtum ſuum ac lenciam. Cordubeñ. autem quando volebant ire ad illum hominem et ab eo querere quis erat et cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum et non videbant eum. Iterū apparuit in alio loco dicens in lingua nr̄a en canantarazor perdio almanzor clātabor Creditur q̄ ille dyabolus in figura homis qui dolebat de deſtructione ſarracenoruz p̄pter mala que inferebāt chriſtianis ſub duce peſſimo almanzor. Sequenti anno mortuus eſt feliciter predictus rex berundo et ſepultus eſt in ciuitate legionen. in eccleſia ſāti iobānis baptiſte regnauit. xxvij. annis. Et ſucceſſit in regno rex alfonſus quintus filius eius et incepit regnare cum eſſet etatiſ. quinq; annorum.

Hoc bello vincunt ſarraceni et capitur ciuitas Abuleñ. moriturq; in carceribus comes Garſias fernandi

Septuageſimū tercium bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini nongenteſimo quinquageſimonono. Et regnante in regno legionis alfōſo quinto predicto Tunc propter diſcordiam magnam inter predictum comitē garſiam fernandi et filium eius ſauctum ſancii congregauerunt exercitum magnuz et venerunt vt percurrerent terram chriſtianorum ceperuntq; abulam que tunc populata fuerat. Deinde venerunt boromam et ſanctum Stephanum deſtruxerūt. Deſtruxeruntq; villam et per totam illam terrā crudeliter occidebant chriſtianos. Cum autez predictus comes ſciuit amaram deſtructionem non potuit ſuſtinere. et licet gentes ſue eſſent diuiſe inter ſe et filium eius propoſuit mori pro defenſione patrie. Venit ergo viriliter contra ſarracenos bellauitq; cū eis animoſe. ſed deo permittēte victus fuit in bello et captus a ſarracenis. ſed paucis elapſis diebus mortuus eſt in carcerib⁹ de vulneribus que receperat in bello et ſucceſſit in comitatu caſtelle predictus filius ei⁹ ſanctus qui poſtmodum optime defendit terrā ſuam et lucratus eſt penāſial et ſepulnedam maderuelum montcion et recuperauit gormacum et ſanctū ſtephanū et oſmaz que perdita fuerant cum eius pater eſſet in carcere Iſte fuit primus qui dedit libertatem militibus caſtellanis q̄ non contribuerent nec irent in exercitū niſi dominus daret eis ſolidum ſuum quia ante contribuebant et ibant in exercitu ſine ſolidata.

liberat. milites caſtellani ad

Bello. lxxiiij. vincunt chriſtiani per regez alfonſum quintum et vindicatur mors comitis Garſie fernandi.

Septuageſimū quartū bellū inē ſarracenos et xp̄ianos accidit āno dñi

noningentesimo septuagesimo tercio Tunc predictus rex Alfonsius quintus et comes castelle saucius non potentes sufferre iniu/riam quam fecerant sarraceni in occisiõe co/mitis garsie fernandi congregauerunt exer/citũ magnum vna cum adiutorio nauarro/rum propter fedus quod inierat pater regis/ alfonsi cum eis et peruenit ad regnum tole/ti comburens et destruens quicquid inueni/re poterat. Et pertransiens inde peruenit. vs/q; ad ciuitatem cordubeñ. depredãdo et de/struẽdo gladio et igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes sarracen vt eos di/mitteret in pace dederunt ei magnũ thezau/rum et plurima dona. Similiterrex toleti et cordubeñ. et reuersi sunt in terram suam vin/dicata morte predicti comitis et cũ magnis diuitijs et honore. Predictus rex alfonsius quintus reedificauit muros et turres ciuita/tis Legioneñ. que destruxerat almanzor et fili⁹ ei⁹. regnauitq; .xxvij. ãnis. et mortuus est in portugalia Congregauerat enim exer/citum suũ magnum ex desiderio seruiendi/ christo. et iuerat in predictam terraz vt cape/ret villam illam que dicitur viseo que tunc/ erat sarracenorum. et cum die quadam in ar/mis respiceret bincinde murũ vt videret por/tam debiliorem ad conquirendum percuss⁹/ fuit sagitta in spatulis et sentiens se vulne/ratũ ad mortẽ facto testamẽto et perceptis/ sacramentis feliciter migrauit ad dominuz/ et sepultus est in ciuitate legioneñ apud pa/trem suum supradictum. Regnauitq; pro/ eo filius eius donus berundo teraius.

Vincunt christiani et liberatur Pampi/lona a manibus sarracenorum

Eptuagesimumquintum bellum/ inter sarracenos et christianos acci/dit circa idem tempus Tunc enim tempore/ yemis venerũt sarraceni in multitudine gra/ui vt caperent et frangerent ciuitatem pam/pilone. Rex autem saucius nauarre stabat/ tunc vltra portus qui dicitur deruntes val/les et cum sciuit doluit vehementer et colle/cto exercitu suo disposuit se magno peri/culo propter niues magnas que erant in/ partibus illis. Et cum vidit q; aliter nã/sire non poterat fecit abarcas de corijs cru/dis loco sotularium pro se et pro omni gen/te sua et sic transiuit portus de nocte sine ali/quo damno. licet cum magna pena et pro/pterea dictus fuit postmoduz rex sauci⁹ ab/ arca. Cum ergo fuit mane apparuit subito/ irruens super sarracenos qui obsessam tene/bant ciuitatem et tot interfecit ex eis q; vix/ remansit qui posset renunciare in partibus/ suis que acciderent ibidem. Iste rex ambu/lans cum suis abarcis fecit multa bella cuz/ sarracenis et conquisiuit multa loca in celti/beria et in carpentania que vsq; in hodier/num diem dicuntur donisaucij abarca. Re/gnauit .xxv. annis et successit ei in regno na/uarre filius eius donus garsias tremeros⁹/ sic dictus quia cum ingrediebatur bella tre/mebat valde in principio licet post ingressũ/ esset fortissimus miles qui dictus fuit abar/ca sicut pater. Quo mortuo successit ei in re/gno filius eius dictus saucius maior. Duxit in vxorem dominam elviram filiam/ comitis saucij castelle ex qua habuit duos/ filios quorum vnus fuit dictus donus gar/sias et alius donus fernandus. Quorum/ pater non remanente prole infantis garsie fi/lij comitis saucij castelle cepit comitatuz ca/stelle ex parte vxoris sue. Et ipo mortuo do/nus fernandus filius eius qui duxerat in/ vxorem dominam sanciam sororem regis/ legionis doni berundi de quo supra dictũ/ est de eius consensu in eius nuptijs ductus/ est rex castelle. Rex autem predictus/ donus berundo regnauit in regno legionis decem/ annis et mortuus est in quodam bello qõ/ accidit sibi cum predicto rege fernãdo et fra/tre eius rege garsia nauarre quod bellũ fuit/ celebratum prope Lanorem in quodam lo/co qui dicitur nantada in valle tamaron sic/ plenius ponetur in generali bystoria byspa/nie. et sepult⁹ est in ciuitate legioneñ. cũ vxo/re sua domina Theresia. Quo mortuo pre/dictus rex fernãd⁹ collecto exercitu suo uit/ legionem et obsedit eam et finaliter recept⁹/ est in regez legionis quia ei pertinebat et sic/ coniuncta sunt ista duo regna et ipse dictus/ rex castelle et legionis et vocatus fuit rex fer/nandus magnus.

Vincunt christiani et capiuntur quinq;/ reges sarracenorum per rodericum

Eptuagesimumsextum bellum in/ter sarracenos et christianos aca/dit anno domini Millesimo. .xvi.

·/· Rex sancius abarca quare sic nominatus

·//· Rex garsias tremerosus

·/· Rex fernãdus magnus

·/· cõiungũt. Regnũ castelle et legionis

Tegnante in regno castelle et legiōis supra
cio rege fernando magno. Tunc excitauit
deus quendam virum sibi dilectū et armis
strenuum dictum rodericum de viuar. Iste
fuit filius cuiusdam nobilis militis qui di
cebatur Numus layncs quez genuit ex vxo
re sua legitima terasia Numenis filia comi
tis Numi aluaros de maya. Iz aliqui alia as
serant tamen hec est rei ueritas sicut patet in
cronica predicti regis fernandi magni. Cū
ergo ingrederentur eo tēpore quinq; reges
sarracenorum vt percurrerent castellam tran
sierunt super ciuitatem burgen. ad montes
doca et percurrerunt ville foratum et sanctū
dominicum delacalsada et lucromū et nay
aram totamq; illam terrā et extrahebat ma
gnam prisam captiuorum bestiarum gregū
et armentorum. Cum ergo ipsi irent cum tā
grandi preda predictus rodericus conuoca
uit totam illam terram et dedit illis saltum
in montibus doca. bellauitq; cum eis et de
uicit eos cepitq; predictos quinq; reges vi
uos et cepit totam predam suam ac cum il
lis captiuis regibus et cuz tota preda venit
ad matrez suā et diuisit spolia nobilibus et
omnibus alijs qui fuerunt cum eo in bello
et facta est letitia magna ac laudauit deum
propter victoriam et mercedem quam sibi
fecerat. Dixitq; non habeo pro bono tenere
reges captiuos. sed habeo pro bono libera
re eos vt vadant libere in terraz suam. Sol
uit ergo illos quinq; reges sarracenos. et p̄
cepit q; abirent Iz et ipi regratiati sunt ꝓpter
tantum beneficium venientesq; in terram
suaz benedicebant et et miserūt ei parias co
gnoscentes se volūtarie suos esse vasallos.
Dic rodericus peregrinans in sanctum iaco
bum recepit beatum Lazarum sub specie le
prosi in societate sua in mēsa et lecto quem
inuenit iacentem in luto in via. horrēbus
ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa
qua secum fuit in lecto cum dormiret roderi
cus insufflauit ille leprosus flatu magno p
spatulas roderici sic q; flatus ille peruenit
vsq; ad pectus et cingulans non inuenit le
prosum illum apud se. nec amplius eum vi
dere potuit. licet a lecto surgeret et eum dili
genter quereret. Reuersus ergo ad lectum et
luminaribus incensis cum diligenter cogi
taret in his que sibi illo leproso acciderant
post paululum Ecce apparuit vir quidē al
bis indutus vestibus qui dixit ei. Roderi
ce dormis. Tunc respondit et dixit. nō dor
mio. Iz q̄s es tu qui cū tāta dantate et odo
re venis. Tunc ille respondit. ego sum san
ctus lazarus quem tu recepisti et cui multa
bona fecisti sub specie gaui ex dei amore et
propter honorem et bonum quod mihi fe
cisti concedit tibi deus vnum magnum do
num q; cum flatus ille quē sentisti tibi eue
nerit. scias pro certo q; omnia que incepe
ris in bellis vel alias omnia feliciter cō
summabis. Tuus honor crescet de die in
diem et cruit timor tuus super sarracenos et
christianos sed et inimici tui tibi nun q̄ no
cere poterunt morieris morte honorabili
nun q̄ eris victus sed semper victor christēs
quia deus concedit tibi suam benedictio
nem. fac ergo semper bonū. et sic disparuit.
Ille autem surgens a lecto genibus flexis
in terra fudit orationem suam ad deū gra
tias immensas agens propter tanta bene
ficia sibi largita. Dic post peregrinationem
suam intrauit in campum cū Maruno gun
disalui deficit et occidit euz propter q; lucra
tus est ciuitatem calagurritanam pro rege
fernando quia erat questio super eadem in
ter predictum fernādum regem. et regem ra
murum arragoni cuius esset et facta est con
cordia inter eos q; illi duo milites pugna
rent et parti victoris ciuitas concederetur

lucratur ciuitas calagurritan.

Hoc bello vincunt christiani et occiditur alymaymon rex sarracenorum.

